bere? Nō placet enim ſimplicitas ſine
prudētia/ neq̄ʒ prudētia ſine ſimplicita
te. vñ Matt. x. b. Eſtote ḡ prudentes
B ſic ſer. ⁊ ſim. ſi. co. Et ſtulticia enī ⁊ ver
ſutia deo abominabilis eſt. b ¶ Et
arietis erit. Aug⁹. In oblatione ari
etis due decime ſimile offerunt̄: olei ⁊
vini tertia pars hin. Quia aries recto
rū ordinē ſignat: bn̄ cū duab⁹ decimis
offert̄/ cū q̇libet decalogū legis intelle
ctu et opatione tenēs/ rectoris officio
delegat̄. Olei ṽo atq̄ʒ vini tertia pars
hin exhibet̄: qn̄ ab eo charitas ⁊ miſe/
ricordia/ et gr̄a ſpūalis doctrine circa
ſubiectos impendit̄. c ¶ Quādo ve
(moralit̄) ro rc̄. Rab. In bouis oblatione tres
decime ſimile/ et medietas hin in oleo
vel vino. Bos ṽo p̄dicatores ſignifi/
cat q̇ agrū dn̄icū colūt: ⁊ vomere euan
gelico extirpāt vitioꝝ ſpinas/ ⁊ multi/
plicāt ſegetē ṽtutū. Hi cū tribus deci
mis ſil'e offerūt̄: q꞉ decalogū legis ſciē
tia doctrina ⁊ ope tenētes: fidei ſctē tri
nitatis veri ſunt aſſertores. Hi chari/
tatē debent hr̄e/ ⁊ ꝓximis p miſericor
diā ꝯſulendo exēplū p̄bere/ ⁊ in gr̄a di
uina q̄ꝫtū poſſūt ꝓficere: vt ad vite pfe
ctionē ⁊ ſcītatē pueniāt. ſm̄ illud Le/
ui. xix. a. Sctī eſtote/ q꞉ ego ſctūs ſuʒ.
Qꝛ aūt in hac via deeſt/ in celeſti bea/
titudine p dei gr̄am in ſe pficiendū ſpe
rent. d ¶ Cū veneritis in tr̄a rc̄.
(tropolo.) Rab. Cū q̇libet p̄ſentē eccl'iam p fidē
intrat: neceſſe eſt vt terrā carnis ſue. i.
corpalē vitā diligēter in dei timore ex/
erceat/ ⁊ frugē virtutū ꝓducat in refe/
ctionē eternā. Jubemur ḡ non ſolū de
areis: ſed ⁊ de pulmētis primitias ꝯſe
crare

ad eos: Cū ingreſſi fueritis ter/ a
ram habitationis veſtrę quā ego
dabo vobis/ ⁊ feceritꝭ oblationē
dn̄o in holocauſtū: aut victimā b c
pacificā/ vota ſoluētes: vel ſpon
te offerentes munera: aut in ſolē
nitatibus veſtris adolētes odo/
rē ſuauitatis domino: de bobus
ſiue de ouibus offeret: quicunq̄ʒ
a ¶ ſpiritalē ſcientiā in meditatione legis.
a imolauerit victimā ſacrificiū
ſimilę decimā partē ephi cōſper
¶ charitate ⁊ miſericordia.
ſam oleo: quod mēſurā habebit
a ¶ gr̄aʒ ſpiritalē vl' cōicatōeʒ paſſiōis xp̄i.
quartaʒ partem hin: ⁊ vinum ad
liba fundenda eiuſdē mēſurę da
bit in holocauſtū ſiue ī victimā.
b Per agnos ſingulos et arietes
erit ſacrificiū ſilę duarū decima
rū q̄ cōſperſa ſit oleo tertię ptis
¶ gratiam ſpiritalē.
hin: et vinū ad libamētum tertię
partis eiuſdē menſurę offeret in
c odorē ſuauitatis dn̄o. Quando
¶ predicatoribus.
ṽo de bobus feceris holocauſtū
aut victimā: † vt impleas votum
vel pacificas victimas/ dabis p
¶ legis ſcientiam: operationem ⁊
ſingulos boues ſimilę tres deci/
doctrinam. ¶ charitate.
mas ꝯſperſę oleo/ qđ habeat me
¶ ſpiritalem gratiam.
dium menſurę hin: ⁊ vinum ad li
ba fundēda eiuſdē mēſurę in ob
lationeʒ ſuauiſſimi odoris dn̄o.
¶ predicatores.
Sic facietiſ per ſingulos boues
a ¶ eccl'ie duces. b ¶ mites ⁊ ſimplices.
c ¶ penitentes.
et arietes et agnos et hedos: tā d
¶ ī eccl'a nati. ¶ de gētib⁹ vl' iudeis veniētes
indigenę q̄ꝫ peregrini: eodem ri/ e f
tu offerēt ſacrificia. Unū precę/
ptum erit atq̄ʒ iudiciū/ tā vobis
q̄ꝫ aduenis terrę. Locutuſ eſt do g
minus ad moyſen dicēs: Loque
d re filijs iſrl': ⁊ dices ad eos: Cum
¶ per fidem. ¶ eccleſiam.
veneritis in terrā quā dabo vo/
bis/ ⁊ comederitis de panib⁹ re/
gionis illi⁹: ſeparabitis p̄mitias h
a ¶ domeſticꝭ diſciplīs q̄s ī ſe q̇ſq̄ʒ exercet.
domino de cibis veſtris. Sicut i
¶ primordia p̄ij laboris circa alios.
de areis primitias ſepabitis: ita k
⁊ de pulmentis dabitis primiti/
¶ vel non ſponte. alia littera.
e ua dn̄o. Qꝛ ſi p ignorātiā prętę/ l
rieritis quicq̄ꝫ horū quę locutus
eſt dn̄s ad moyſen: et mandauit

crare deo. i. nō ſolū de p̄dicationis offi C
cio laboris p̄mordia dn̄o ꝯſecrare: ſed
⁊ de domeſticꝭ diſciplinis q̄s in ſe q̇ſq̄ʒ
ſollerter exercet/ inchoationē boneuo
lūtatꝭ dn̄o dedicare. Siue enī ī ſeipſo
aliq̇s ṽtutib⁹ ſtudeat: ſiue alijs piū la/
borē impendat: nō ſibi ſed diuine gr̄e
imputet/ vt ei ꝯſecret̄ oīs boni initiū:
a quo ſperat̄ pfectionis ſupplemētuʒ.
e ¶ Qꝛ ſi p ignorātiā. Aug⁹. Qꝛ p̄ (Aug⁹ de pctīs nolentiū)
cipit quō pctā expient̄ q̄ nō ſponte cō/
mittunt̄: merito querit̄ q̄ ſint ipa pctā
nolentiū? vtrū q̄ a neſcientib⁹ cōmittū
tur? an q̄ facere cōpellunt̄? Nā et hec
cōtra volūtatē dici ſolēt. Sed vult q̇s
ꝓpter qđ facit/ cuʒ vult viuere: ſi quis
niſi fecerit mortē minet̄: vult ergo fa/
cere: q꞉ vult viuere. Et ideo nō per ſe/
Nico. de ly. ☞ ipm̄ appe.

⁂ dn̄s diei ſeptimo et ſanctificauit il
lū: ideo occaſione hui⁹ fit hic memoria
de aliq̇bus alijs legalibus: et p̄mo de
oblatione ſacrificioꝝ. ſcđo de redditio
ne primitiarū. tertio de expiatiōe pctō
rū p ignorantiā. quarto de punitione
pctōꝝ p ſupbiā. ſcđa pars incipit/ ibi:
Locutus eſt dn̄s. tertia ibi: Qꝛ ſi per
ignorantiā. q̄rta ibi: Aīa ṽo q̄ p ſup/
biā. Circa primū ſciendū ꝙ de iſtis ſa/
crificijs q̄ hic tāgunt̄. ſ. de holocauſto
⁊ hoſtia pacifica dictū eſt in Leuitico:
ſed hic pleniuſ addit̄ de oblationib⁹ q̄
debebāt fieri cū iſtis ſacrificijs: q꞉ cum
ſacrificio agni offerebatur ſil'e decima
ps ephi oleo cōſperſe: q꞉ in piſtatione
ei⁹ miſcebat̄ oleū: ⁊ vini q̄rta pars hin († al's hoſtiā)
ſil'r offerebat̄. Cū ſacrificio arietis of/
ferebant̄ due decime ſil'e oleo cōſperſe
et vinū tertia ps hin. In ſacrificio bo/ D
uis offerebant̄ tres decime ſil'e/ ⁊ vinū
medietatē hin. Mēſura aūt olei ⁊ mē
ſura vini erat eadē in q̇libet iſtoꝝ ſacri
ficioꝝ. Et ex dictis ptʒ lr̄a paucis exce
ptis q̄ pcurrent̄. a ¶ Cū ingreſſi
fueritis terrā habitatōis veſtre.
Ex hoc ptʒ ꝙ ea q̄ dicunt̄ hic referēda
ſūt ad tp̄s futurū in quo intrauerūt ter
rā ꝓmiſſiōis. b ¶ Holocauſtū. Sa
crificiū erat totū incēſum ad dei hono/
rē. c ¶ Uictimā pacificā. Pro ali
q̊ bono obtento a deo vel obtinendo.
d ¶ Agnos ⁊ hedos. Per hoc deſi
gnatur ꝙ idē erat ritus agni ⁊ hedi et
eedem oblationes offerende hic ⁊ ibi:
e ¶ Tam idigene. Qui eſt de filijs
iſrael. f ¶ Qꝛ peregrini. Qui erat
cōuerſus ad iudaiſmū. g ¶ Locut⁹
eſt dn̄s. Hic ꝯſeq̄nter agit̄ de datio/
ne p̄mitiarū: q꞉ aliq̇d addit̄ qđ nō erat
ſupradictū/ cū dicit̄: h ¶ Separabi
tis primitias rc̄. In hebreo hr̄: De
paſtis vr̄is tortellū: q꞉ de q̄libet deco/
ctione furni. gallice fornee: ſeparabat̄
tortellus vn⁹ dādus ſacerdotib⁹ ꝓ pri
mitijs. i ¶ Sicut de areis. i. de gra
nis que ſunt in area. k ¶ Ita ⁊ de
pulmentis. In hebreo habet̄: Ita ⁊
de paſtis vr̄is. Supra enī fuerat dictū
de primitijs dādis de grano exiſtente
in area vel grāgia: ſed nō de paſta di/
cto mō: ⁊ iō dicit̄ hic ꝙ debebāt p̄miti/
as dare de iſto ſic̄ ⁊ de illo. l ¶ Qꝛ ſi
p ignorantiā. Hic agit̄ de expiatiōe
pctorū q̄ habebāt aliquā cām diminuē
tē de rōne pctī. Et p̄mo agit de iſtis in
q̄ꝫtū tangūt cōitatē inter illa q̄ diminu
unt vnū ē igr̄ātia/ et h̄ tāgit̄ ī p̄ncipio.

E ipm̄ appetendo vt falſum iuret/ ſed vt falſum iurādo viuat. Si ita eſt neſcio vtrū poſſint dici iſta pctā nolētiū q̄lia hic dicunt̄ expianda. (Nota) Nā ſi diligenter cōſideret̄: forte ipm̄ peccare nemo velit: ſed ꝓpter aliud fit qd̓ vult q̄ peccat. Oēs enī qui ſciētes faciūt qd̓ nō lȝ vel lēt licere: vſqȝ adeo ipm̄ peccare nemo appetit ꝓpter hoc ipm̄: ſed ꝓpter illud qd̓ ex eo cōſequit̄. Si hec ita ſe habēt: nō ſunt pctā nolentiū niſi neſcientiū: q̄ diſcernunt̄ a pctīs volentiū. a ¶ Vitulū offeret. Rab. (Myſtice) Myſtice. Filij iſrael vitulū de armēto offerūt in holocauſtū: cū fideles ppl'i plena fide corpꝰ chꝛiſti ꝓ ſalute humani generis ī ara crucis īmolatū credūt ⁊ ꝯfitent̄. Offerūt ſacrificiū eius ac liba vt cerimonie poſtulāt/ cū in ſacro panē ⁊ vinū in memoriā paſſionis eius offerūt: ⁊ participantes corpꝰ ⁊ ſanguinē eius veraciter ſe ꝑcepiſſe ꝯfidunt. Hircū xp̄o pro pctō/ cū humanitatē ⁊ ſimilitudinē carnis pctī eum ſuſcepiſſe ⁊ pro pctīs obtuliſſe credūt. Rogat ipe ſacerdos patrem pro pctīs ppl'i/ ⁊ dimittunt̄ ei: q2 in diebꝰ carnis ſue p̄ces ⁊ ſupplicationes deo offerens/ exauditus eſt ꝓ ſua reuerētia. b ¶ Sacerdos. chꝛiſtus qui per ꝓpꝛiū ſanguinē introiuit ſemel in ſancta: eterna redēptione inuenta. c ¶ Anima xp̄o que. Aug°. Alia lr̄a Aīa quecūqȝ peccauerit in manu ſuꝑbie ex indigenis aut ꝓſelitis deū exacerbat/ exterminabit̄ aīa illa de ppl'o ſuo: qm̄ verbū dei cōtempſit ⁊ mādata eius diſꝑdit: cōtritiōe cōteret̄ aīa illa: (Pctā que fiūt in manu ſuꝑbie) pctm̄ eius in illa. Que ſunt pctā q̄ fiūt in manu ſuꝑbie expoſuit dicens: Qm̄ verbū dei cōtempſit. Aliud eſt ǵ precepta dei cōtēpnere: aliud magnipendere. Sed aut ignarū ꝯtra facere: aut inuitū: q̄ duo fortaſſe ꝑtinēt ad pctā que a nolētibus fiunt: de q̄bus ſupꝛa quō deo ꝓpitiato expiarent̄ admonuit. Deinde ſubiecit pctm̄ ſuꝑbie: cū quiſqȝ ſuperbiēdo .i. p̄ceptū ꝯtēpnendo ꝑperā facit: qd̓ genus pctī nō dixit vllo genere ſacrificij purgari oportere: tanqȝ inſanabile iudicās illa curatiōe que ꝑ illa ſacrificia gerebat̄: q̄lia illa hic faciēdá p̄cipiunt̄. Que ſi ꝑ ſeipſa attendantur nulli pctō poſſunt mederi. Si autē res quoꝝ hec ſacramēta ſunt inquirantur: in eis inueniri pōt purgatio pctōrū. Qd̓ ǵ ſcriptū eſt Prouer. xviij. a. Peccatoꝛ cū venerit in ꝓfundū malorū cōtemnit. ille ſignificatus: quē ſcriptura hic dicit in manu ſuperbie delinquere. Hoc ergo ſine pena cōmittētis nō pōt aboleri: ⁊ ideo non pōt eſſe impunitū: ⁊ penitēdo ſanat̄. Ipſa enim afflictio penitēt' pena peccati eſt q̄uis medicinalis ⁊ salubꝛis. Merito enim magnū iudicat̄ pctm̄/ cū ſuperbia contemnit preceptū. Sed ecōtrario vt ſanari poſſit coꝛ cōtritū ⁊ humiliatū deꝰ nō ſpernit: ſed q2 ſine pena nō fit: talia hic dicta ſunt. Deū enī inq̄t hic exacerbat: q2 deꝰ ſuꝑbis reſiſtit Iaco. iiij. b. Et exterminabit̄ aīa illa de ppl'o ſuo: q2 talis omīno in numero eoꝝ qui ad deum ꝑtinēt nō eſt: q2 verbū dn̄i cōtēpſit ⁊ p̄cepta eius fecit irrita. Cōtritione cōteret̄. Adiungit aūt q̄re conterat̄ dicēs: peccatū eius in illo: ⁊ id̓o ſi tali peccato debitā cōtritionē adhibeat/ penitendo coꝛ contritū deus nō ſpernet: q̄uis in

(marginal references: † 1. Co. 14. g 23. q. 5. c. q̄d ergo ī ſi. De pe. diſ. 3. c. querat — † Deu. 22. b)

per eum ad vos/ a die qua cępit iubere ⁊ vltra: oblitaqȝ fuerit facere multitudo vitulum/ offeret de armēto holocauſtum/ in odorem ſuauiſſimū domīo: ēt ſacrificium eius ac liba vt cerimonię poſtulant: hircūmqȝ ꝓ peccato: Et rogabit ſacerdos ꝓ omī multitudine filioꝛum iſrael: ⁊ dimittetur eis: quoniā nō ſponte peccauerunt: nihilominus offerentes incēnſum domīo pro ſe et ꝓ peccato/ atqȝ erroꝛe ſuo: ⁊ dimittetur vniuerſę plębi filioꝛū iſrael/ ⁊ aduenis qui peregrinant̄ inter vos: qm̄ culpa eſt oīs ppl'i ꝑ ignorātiā. Qꝛ ſi aīa vna neſciēs peccauerit/ offeret cāpꝛam anniculam pro peccato ſuo: ⁊ depꝛecabitur pro ea ſacerdos/ ꝙ īſcia peccauerit coꝛam dn̄o: impetrabitqȝ ei veniam: et dimittet̄ illi. Tam indigenis q̄ȝ aduenis vna lex erit omniuȝ qui peccauerint ignorantes. Aīa vero quę per ſuperbiam aliquid commiſerit/ ſiue ciuis ſit ille/ ſiue peregrinꝰ: quoniaȝ aduerſus dn̄m rebellis fuit: peribit de pōpulo ſuo: Verbū eni dn̄i cōtēpſit: ⁊ p̄ceptū illius fecit irritū: idcirco delebit̄/ et poꝛtabit iniquitatē ſuā. † Factū eſt autē/ cū eſſent filij iſrael in ſolitudine/ ⁊ iueniſſent hoīem colligentē ligna in die ſabbati: obtulerunt eū moyſi ⁊ aaron ⁊ vniuerſę multitudini. Qui recluſerunt eum in carcerem: neſciētes q̄d ſuꝑ eo facere deberēt. Dixit qȝ dn̄s ad moyſen: Moꝛte moriat̄ homo iſte: obꝛuat eum lapidibus omīs turba extra caſtra. Cunqȝ eduxiſſent euȝ foꝛas/ obruerunt eum lapidibus/ et moꝛtuus eſt/ ſicut pꝛęcęperat dominus. Dixit quoqȝ dn̄s ad moyſen. † Loq̄re filijs iſrl' et dices ad

(interlinear glosses: ¶ chꝛiſtum. — ¶ patriarcharū ſtirpe. — a ¶ panē ⁊ vinū in memoriā paſſionis xp̄i. — a ¶ chꝛiſtū in ſimilitudine carnis peccati. — b ¶ humani generis. — ¶ chꝛiſtus aduocatus noſter. — a ¶ oꝛationē cum ieiunio et elemoſyna. — a ¶ ꝑpenitentiā ſcȝ ſtudioſe agens ⁊ omīno a peccato recedens. — ¶ vel ꝓ peccato. ¶ chꝛiſtus. ſ. — a ¶ contēpnens preceptū domini. — a ¶ de numero. ſ. eoꝛū qui ad deū ꝑtinent. — ¶ ſententijs ſpiritualium. — ¶ iudicatus.)

a q̄uis in greco dictū nō ſit: cōtritiōe cōteret̄: q2 ita pōt accipi q̄ſi omnimodo terendo extinguat̄: vel exterat̄: vt nō ſit. Sed aīa īmoꝛtalis eſt: ⁊ ſi qd̓ exterit̄ omīno efficeret̄ vt nō ſit: nō diceretur de ſapientia: Gradus oſtioꝝ eius exterat pes tuus. (Eccli.) Sed illa diſcretio cōſideranda eſt vtrum nemo peccet: niſi aut ignarus aut victus aut cōtemnēs vn̄ nūc longū eſt diſputare. d ¶ Cūqȝ eduxiſſent ⁊c̄. Iſid. Calumniant̄ impij ꝙ (Alleg.)

## Ni. de ly.

a ¶ A die q̄ ce. iu. Ex quo ptȝ ꝙ hoc intelligit̄ de pctīs cōmiſſis poſtq̄ȝ volūtas dn̄i fuerat ſignificata ppl'o ꝑ moyſen. b ¶ Et ſacrificiū eiꝰ ⁊c̄. que determinate ſunt Leuit. iiij. c ¶ Qm̄ nō ſpōte pec. Per hoc intelligunt̄ ea q̄ cōmittunt̄ timoꝛe moꝛtis vel alteriꝰ pene: vt dicit Aug°. q2 (Aug°) h̄ diminuit rōnē volūtarij ⁊ ꝑ ꝯſeq̄ns pctī. d ¶ Qꝛ ſi aīa. Hic ꝯn̄r agit̄ de: expiatione p̄dictoꝝ pctōꝝ q̄ȝtum ad vnā ꝑſonā ſingularē: q2 aliud ſacrificium offerendū erat ꝓ multitudine ppl'i ⁊ aliud ꝓ ꝑſona ſingulari. e ¶ Aīa vero ⁊c̄. (Diuiſ.) Hic ꝯſequēter agit̄ de punitione pctī cōmiſſi ex ꝯtēptu. ſcd̓o de iudeoꝝ habitu/ ibi: Dixit quoqȝ dn̄ſ. De punitiōe xp̄o pctī ex ꝯtēptu agit̄ pꝛimo generalr̄: q2 generalis pena eſt moꝛs vn̄ ſb̄dit̄: f ¶ Peribit de po. ſuo. ⁊ hoc eſt ītelligēdū qn̄ aliq̄s erat ꝯuictus ꝑ teſtes nō ſolū de facto: ſed etiā de mō faciēdi: videlȝ ꝙ ſciēter feciſſet ꝯtra mandatū dn̄i: vt dicit Ra. Sa. ⁊ hoc erat qn̄ teſtes deponebāt ꝯtra eū: ⁊ nō ſolū ꝙ feciſſet ꝯtra dn̄i mandatū: ſed etiā ꝙ ſuꝑ hoc fuiſſet monitꝰ ⁊ edoctus ꝙ tale factū eſſet ꝯtra dn̄i mandatū: ⁊ ſm̄ hoc exponūt aliq̄ verbū ſaluatoꝛis Matth. xviij. b. Si peccauerit ī te frater tuꝰ. i. te ſolo ſciēte ⁊c̄. ſequit̄: (b) Si aūt nō audierit te: adhibe tecū vnū vel duos: vt in oꝛe duoꝝ vl' triū teſtiū ⁊c̄. Dicūt enī ꝙ ad hoc adhibebāt teſtes vt coꝛā eis moneret eū et doceret ꝙ tale factū eſſet ꝯtra dn̄i mandatū: vt ſi poſtea recidiuaret: haberent̄ teſtes ꝯtra eū/ nō ſolū de facto: ſed etiā ꝙ feciſſet ꝯtra monitionē ⁊ coꝛrectionem. g ¶ Factū eſt aūt. Hic ꝯn̄r dtermīnat̄ pena de pctō cōmiſſo ꝑ ſuꝑbiā in ſpāli. ſ. ꝓ violatōe ſabbati. h ¶ Qui recluſerūt eū in car. ⁊c̄. Sȝ ꝯtra h̄ videt̄ Exo. xxxi. d. Oīs q̄ fecerit opꝰ ī hac die moriet̄. dic̄ Ra. Sa. ꝙ bn̄ ſciebāt ipm̄ debere inf̄fici: q2 ſic̄ dic̄: dictū erat ſibi ꝙ nō licebat h̄ ei facere in die ſabbati: ⁊ tn̄ nō ceſſauit: neſciebāt tn̄ q̄ moꝛte debebat moꝛi: q2 modꝰ moꝛt' n̄ fuerat determinatꝰ: Exo. xxxi. ⁊ id̓o recluſerūt eū q̊uſqȝ ſcirēt h̄ ꝑ reuelatiōeȝ dn̄i: qd̓ ⁊ factū ē: q2 p̄cepit eū lapidari. Aliq̄ expoſitoꝛes catholici dicūt ꝙ recluſerāt eū: q2 neſciebāt ſi feciſſet ſciēter ī ſabbato donec ſuꝑ h̄ eēnt certificati ꝑ diuinā reuelatōeȝ. i ¶ Dixit q̊ȝ ⁊c̄. Hic agit̄ de habitu

(inserted at ✻: poſita: ꝓpt̄ qd̓ h̄ ꝑtrāſeo.) g ¶ Factū eſt aūt ⁊c̄. (Moꝛ.) Hic agit̄ de colligēte ligna in ſabbo quē dn̄s p̄cepit a ppl'o lapidari: ꝑ qd̓ oſ̄ſū fuit q̄ȝ grauit̄ dn̄s puniet violatoꝛes diei dn̄ice cuiꝰ obſeruātia p̄figurata fuit in obſeruatōe ſabbati inq̄ȝtū illud p̄ceptū fuit cerimoniale. i ¶ Dixit q̊ȝ dn̄s ⁊c̄. Hic agit̄

impij ꝙ tam atrociter iuſſu dei ab omni pplo trucidatur: q2 ligna collegit in ſabbato. Sed oīa in figura cōtingebant illis: ſcripta ſunt aūt ad correctionē noſtrā. i. Cor. x. c. Qui enim diē ſabbati violare auſus eſt: dū ligna colligeret: ⁊ iō punit⁹ eſt: ſignificauit eū qui hodie in xp̄o ſignat⁹ inuenit agere carnale opus. i. cōtrahere ligna / fenū / ſtipulā / in eſcā ignis eterni: q̄ ſi fuerit deprehēſus / lapidat ⁊ occidit: q2 a ſpiritalibus iudicat. a ¶ Fimbrias. Iubent filij iſrl̄ in q̄ttuor angulis palliorum hiacynthinas fimbrias facere: vt quō in corpibus circūciſio ſignū eſt iudaice gētis: ita ⁊ veſtis aliquā habeat differētiā: ⁊ moneant q̄ p̄cepto dei habitu a ceteris gentib⁹ differūt: ⁊ religione differre. Nos quoq3 īſtruimur q2 mādata q̄ vident eſſe minima in habitu legis: ſi ꝓpter vitā celeſtē (quā vita hiacynthina ſignificat) fiant / multū ꝓficiēt. Qui enī ſpernit minima paulatim defluit Eccl. xix. a. Siue ḡ manducemus ſiue bibamus: ſiue q̄d aliud agamus: oīa in gloriā dei faciamus. i. Corinth. x. g.

Fimbrie deorū

a eos / vt faciāt ſibi fimbrias p angulos palliorū / ponētes ī eis vittas hiacynthinas. b Quas cū viderint / recordent omniū mandatorū dñi: ne ſequant cogitatōes ſuas ⁊ oculos p res varias fornicātes: ſed magis memores p̄ceptorū dñi faciāt ea: ſintq3 ſancti deo ſuo. Ego dñs deus vr̄: q̄ eduxi vos de terra egypti vt eſſem de⁹ veſter.

Ca. XVI

c Ecce autē chore fili⁹ iſuar / filij caath filij leui ⁊ dathā atq3 abiron filij heliab: hon q3 filius pheleth filijs rubē / ſurrexerūt ꝯtra moyſē: alijq3 filiorū iſrl̄ / ducēti q̄nq̄ginta viri / ꝓceres ſynagoge: et qui tp̄e cōcilij p nomina vocabant. d Cūq3 ſtetiſſent aduerſum moyſen ⁊ aaron / dixe e runt: Sufficiat vobis q2 oīs f multitudo ſanctorū eſt: ⁊ in ipis g eſt dñs: Cur eleuami ſup pplm h dñi? i Qd cum audiſſet moyſes /

## Ni. de lyra

vocaret

Hic agit de diſtinctiōe filiorū iſrl̄ ab alijs q̄tum ad habitū. ſicut enī ille ppl̄s erat a deo ſpecialiter elect⁹: eo ꝙ ipſe xp̄s erat ab illo naſciturus: ꝓpter qd data eſt ei lex ſpāliter ſic̄ fuit dictū in p̄ncipio Exod. iō dñs voluit eos diſtingui in habitu ab alijs gētib⁹: ſicut in nouo teſta. religioſi habēt habitū diſtinctū ſm ꝓfeſſionē ad quā ſunt aſtricti: iō p talē habitū ꝓteſtabant ſe eſſe iudeos. a ¶ Ut faciāt ſibi fim. ⁊c̄. in ſignū ꝙ deberēt habere ꝯuerſatōez celeſtē reſpectu aliarū gentiū: q2 color hiacynthin⁹ eſt ſiſis colori celi q̄n ſerenū eſt. b ¶ Quas cū vide. ⁊c̄. vn̄ ⁊ in ꝯfirmatiōe legis talis color apparuit eis q̄n viderūt dñm: vt habet Exo. xxiiij. ⁊ iō talis coloris viſio inducebat ad memoriā mandatorū.

B Moralit

de habitu iudeorū q̄bus p̄cipit ꝙ faciāt ſibi fimbrias p angulos palliorū ⁊ ponāt ibi vittas hiacynthinas. vitte vero hiacynthine ſunt coloris celeſtis. Iudeo ꝟo figura fuerūt chriſtianorū noue legis ſicut dicit. i. Cor. x. c. Oīa in figura cōtingebāt illis. Per vittas igit hiacynthinas in habitu iudeorū ſignificatū fuit ꝙ chriſtiani debent eſſe cōuerſationis celeſtis Phil. iij. d. Noſtra aūt cōuerſatio in celis eſt: ideo ſubditur: b ¶ Quas cū viderint ⁊c̄. meditatio nanq3 celeſtiū recordari facit diuinorū mandatorum.

¶ In ca. xv. vbi dicit in poſtilla: Et tū obſeruatio ſabbati fuit ſtatuta a p̄ncipio creatiōis mūdi ⁊c̄.

## Additio. j.

Obſeruatio ſabbati nō legit fuiſſe ſtatuta a p̄ncipio creatiōis mūdi: ſm h qd dicit Gen̄. ij. a. Bn̄dixit de⁹ diei ſeptime ⁊ ſctificauit illū. Aliter intelligit ad lr̄am ꝓut in additiōe ſup Gen̄. ij. eſt oñſum. Nec eſt q̄renda occaſio q̄re repetunt aliq̄ legalia: q2 h ſepe cōtingit in lege moſaica.

¶ In eodē ca. xv. vbi dicitur in poſtilla: Dixitq3 dñs hoc agitur de diſtinctione filiorū iſrael.

¶ Additio. ij. Hoc p̄ceptū de faciēdo fimbrias in angulis palliorū: ꝓut Hebrei exponūt ⁊ rōnabiliter vt videt / nō ordinat ad diſtinctionē filiorū iſrl̄ ab alijs natiōib⁹: q2 iā de hoc habebant ſignū notiſſimū. ſ. circūciſionē q̄ data fuit in ſignū: vt. ſ. Gen̄. xvij. ſ3 hoc p̄ceptū ordinabat ad h vt cū vidiſſent illas fimbrias hiacynthinas recordarent mādatorū dei: ſic̄ cū aliq̄s hō rogat amicū ſuū vt aliq̄d faciat ꝓ amore ſuo: ꝓ cui⁹ memoria ligat ſibi digitū cū filo: vt cū h viderit tradat memorie illd qd eſt ſibi iniūctū: ⁊ h ſonat plane lr̄a cū dr: Quas cū viderit recordēt oīm mādatorū dei: ⁊ iō nō fit hic mētio ī reddēdo rōnē hui⁹ p̄cepti de h ꝙ ſit ſignū: ſicut in circūciſiōe ⁊c̄.

## Replica

correctorij ꝯtra Burgē. In ca. xv. vbi poſtill. vult ꝙ obſeruātia ſabbati ſit ex inſtitutione mūdi. Burgen̄. ſe opponit p illud qd. ſ. Gen̄. ij. ſe dicit addidiſſe correctoriū: vide in eodē ca. allegato. ſ. Gen̄. ij. In eodē ca. cū poſtill. diceret fimbrias eſſe inter iudeos et gētes

ſignū diſtinctiuū

ſignū diſtinctiuū. Bur. dicit ipm ſignū fore rememoratiuū: ſ3 ſi Bur. loquit nō excluſiue ſtat ſimul vtraq3 expoſitio. Si aūt loquit excluſiue: rō ſua nō cogit: q2 q̄uis circūciſio eēt ſignū diſtinctiuū iudeorū ab alijs natiōib⁹: h tū ſignū nō erat patēs oculis ſicut ſignū fimbriarū: ⁊ ideo cū hoc ſtat: ꝙ fimbrie ſint ſignū remēoratiuū mandatorū oīm dei ſpecialr̄ circūciſiōis: q̄ nō erat mādata ſimplr̄: ſ3 vt ſacr̄alis: vt ſit ſenſus lr̄e: Quas cū viderint recordent oīm mādatorū dei. i. recordēt p h ſignū extrinſecū: ꝙ ſūt deo recōciliati p occultā hominis circūciſionē: ⁊ deo deſpōſati p legis ſuſceptionē. C

Ca. XVI

Ecce aūt chore ⁊c̄. Hic ꝯñr ponit impedimētū itiner⁹ ex ambitiōe chore inſurgēs: vbi p̄mo ponit ei⁹ ſeditio ꝓ ſacerdotio. ſecūdo ipius ſacerdotij determīatio. ca. xvij. ⁊ tertio oner⁹ īpoſitio. xviij. Circa p̄mū deſcribit ſeditio chore cū ſibi ad iūctis. ſcdo toti⁹ multitudīs / ibi: Murmurauit aūt oīs multitudo. Adhuc circa p̄mū p̄mo ponit tranſgreſſio culpe. ſcdo rep̄hēſio iuſticie / ibi: Qd cū audiſſet moyſes. tertio īflictio pene / ibi: Locutuſq3 ē dñs. Circa p̄mū ſciēdū ꝙ Caath fili⁹ leui habuit q̄ttuor filios: amrā p̄mogenitū: iſuar ſcdm: ebrō tertiū: et oçiel q̄rtū: vt dictū eſt. ſ. iij. ca. Moyſes aūt ⁊ aaron q̄ erāt filij p̄mogeniti: erāt ꝓmoti ī pplo: q2 moyſes erat dux ppl̄i: ⁊ aarō ſūmus ſacerdos: ⁊ iō videbat ipi chore ꝙ p⁹ ipos debebat habere diguitatē ī pplo: eo ꝙ erat fili⁹ ſcdi filij caath: ⁊ iō q̄n viditꝙ eliſaphan q̄ erat fili⁹ oçiel. ſ. q̄rti filij caath fuit factus p̄nceps ſup filios caath: tū ſb eleaçaro filio aarō: vt hr̄. ſ. iij. ca. ꝯcepit īdignatiōez: eo ꝙ fili⁹ iunioris filij caath erat poſit⁹ ſup eū ⁊ ſup alioſ caathitas: ⁊ h p moyſē ⁊ aarō: ꝓpt qd mouit ſeditōez: vt p h moyſes pderet ducatū ⁊ aarō ſacerdotiū: ⁊ iō vt ad h poſſ3 ptingere habuit ꝯſiliū cū dathā ⁊ abirō: q̄ erāt de tribu rubē: ſuggerēs eis ꝙ ipi deberēt hr̄e p̄ncipatū ppl̄i eo ꝙ eēnt de de tribu rubē: q̄ fuit p̄mogenit⁹ ipi⁹ iacob: vt ſic iſte chore hr̄et ſacerdotiū: ⁊ illi ducatū: poterāt aūt de facili adinuicē talia tractare: eo ꝙ caathite de q̄b⁹ erat chore ⁊ trib⁹ rubē habebāt tētoria ꝓpinq̄ ī ſitu: q2 iſti ⁊ illi hēbāt tētoria ad meridionalē ptē tabernacl̄i: vt pt3 ex ſupradict⁹ d poſitiōe caſtrorū: ⁊ q2 iſti erāt potētes in duab⁹ tribub⁹ aggregauert ſibi magnā ptē maiorū ppl̄i: iō ſb dit: Alijq3 fili. iſ. ⁊c̄. d ¶ Cūq3 ſte. ad. ⁊c̄. volētes eos deijcē a ſuo honore. e ¶ Dixert: ſuffi. vo. ſ. ꝙ ſit⁹ ſic̄ alij ⁊ n̄ maiores f ¶ Quia oīs mul. ⁊c̄. i. electa ad di cultū: q2 toti mltitudini locut⁹ ē dñs ī mōte ſinai: vt hr̄ Exo. xx. g ¶ Et ī ipis eſt do. q2 ei⁹ tabnaclm ē ī medio caſtrorū. h ¶ Cur ele. ⁊c̄. q. d. h eſt ex vr̄a p̄ſūptōe: nō ex diuīa ordinatōe. i ¶ Qd cū au. hic ꝯñr ponit culpe rep̄hēſio: ⁊ p̄mo q̄tū ad ābitōez ſacerdotij. ſcdo q̄tū ad ābitōez ducat⁹ ppl̄i / ibi: Miſit ḡ moyſes. Circa p̄mū vt moyſes oñderet pplo ſe ī hac rep̄hēſiōe moueri çelo iuſticie nō vindicte

Diuiſio

Cauſa ſeditiōis chore

D

Diuiſio

Allegori.

Moralr. c ¶ Ecce aūt cho. ⁊c̄. Per chore dathā ⁊ abiron q̄ aggregauerūt ſibi multitudinē ad mouēdū ſeditionē vt p h obtinerēt ſacerdotij dignitatē: ſignificant illi q̄ īter ſecl̄ares vl̄ religioſos ſemināt ꝯtētiōes vl̄ diſcordias aggregātes ſibi caudā magnā: vt obtineāt multitudīe qd ꝯſeq̄ nō poterāt rōne: ⁊ h in p̄ncipatib⁹ ⁊ regnis q̄tū ad ſtatū laicorū: ī eccl̄ijs ꝟo q̄tū ad ſtatū clericorū. in religiōib⁹ ꝟo q̄tū ad officia religionū: ⁊ ſic̄ chore dathā ⁊ abirō deſcēdert ad īfernū: ſic ⁊ iſti deſcēdēt cū ipis niſi d bito mō penituerīt d pctīs. ¶ Moralr aūt ī eodē hoīe diſcordiā ⁊ ſciſſurā faciūt mot⁹ iraſcibil ⁊ ꝯcupiſcibilis īordinati ⁊ habit⁹ ex eis gn̄ati. nā ipi trahūt ⁊ inclināt hoīem ad malū. rō ꝟo ⁊ ſynderesis trahūt ad oppoſitū: ⁊ ſic ī eodē hoīe fit ſciſſura: ꝓpt qd de talib⁹ dic̄ phs. viij. Ethi. Contēdit iporū aīa ⁊ hoc quidē trahit huc: h aūt illuc quēadmodū diſcrepātia. Et concludit concluſionē vtilē dicēs. Igit ſi ſic miſerū eſt malū eſſe fugiendū maliciā intenſe: illi ꝟo qui p negligētiā rep̄medi mot⁹ inordinatos iraſcibil ⁊ ꝯcupiſcibilis ſunt cauſa

Moralit

E a ¶ Uocaret dathan. Aug.
Queſtio Quid eſt ꝙ dathan ⁊ abiron in
Aug. ſeditiōe vocati a moyſe ſupbe ⁊
iniurioſe rñdẽtes: Nũquid pu/
ſillũ hoc: qm̃ īduxiſti nos in ter/
rã fluentez lac ⁊ mel: interficere
nos in heremo? qm̃ p̄rees no/
bis: princeps es/ ⁊ tu in terram
fluentẽ lac ⁊ mel induxiſti nos:
⁊ dediſti nobis ſortem agri ⁊ vi
neas. Poſt h̄ addiderũt oculoſ
hoīm illoꝝ abſcidiſſes/ nõ aſcen
dim⁹. Quoꝝ ocl'os dixerũt: vtrũ
ppl'i iſrl'/ q̃ſi ſi ita p̄ſtitiſſes: ocu/
los eoꝝ abſcidiſſes. i. ita te dili/
gerẽt: vt ocl'os ſuos eruerẽt/ et
tibi darẽt. ſm̃ illđ apl'i ad Gal.
iiij. b. Si fieri poſſet oculos ve/
ſtros eruiſſet⁊ ⁊ dediſſet⁊ mihi.
Et deinde plenã ↄtumaciã addi
derũt. Nõ aſcẽdim⁹. i. nõ veni/
mus/ qꝛ vocauerat eos. An po/
tius ocl'os hoīm illoꝝ. i. hoſtiũ:
q̇ nimis atroces ⁊ t̃ribiles nun
ciabant̃ q̃ſi ⁊ ſi h̄ feciſſes: nõ ob
tẽperaremus tibi/ niſi ꝙ moduſ
v̾bi alius ꝓ alio poſitus eſt: vt
nõ dicerẽt aſcẽdemus/ ſed non
aſcendim⁹ quodã locutionis ge
nere. b ¶ Recedite a taber
Litteralit̃ naculis. Aug⁹. Alia lr̃a. Aſcẽ
dite vos de medio ſynagoge iſti
us ⁊c̃. Notand: eſt tunc iubere
dñm corpalẽ fieri ſeparationem
cuz iam vindicta īminet malis.
Geñ. 7. e Sic Noe cũ domo ſua a ceteriſ
ſeparatur diluuio perituris: ſic
Geñ. 9. c Loth cũ ſuis ſeparat̃ a ſodomiſ
igne celitus ↄſumẽdis. Sic po
pulus ipſe ab egyptijs marinis
F fluctib⁹ obruendis. Sic iſti nũc
a ſynagoga chore dathan ⁊ abi
ron: q̇ ſe prius ꝑ ſeditionẽ abrũ
pere voluerũt: cũ q̇b⁹ tñ ſctĩ an
tea viuẽtes ⁊ ↄuerſantes/ ⁊ cũ ce
teris q̊s reprobat de⁹: ↄtamina
ri minime ab eis potuerũt. Nec
ſe ſeparari iuſſi ſunt: qñ vindi/
ctã dñs differebat/ vel talẽ adhi
bebat qua innocẽtes periclitari
nõ poſſent: ſicut ſerpentũ morſi/
bus/ vel ſtrage morientiũ q̃ de⁹
quez volebat ſicut volebat alio
ꝑcutiebat

## Ni. de ly.

†7. q. 1. c denicꝫ 24. q. 1. ca. didicimus. et. q. 3. c. 1.
* iuſticie non vindicte: primo
orauit dñm vt nõ iraſceret̃ ↄ to
tũ ppl'm ꝓpter maliciã iſtorũ: et
hoc notat̃ cũ dr̄: a ¶ Cecidit
ꝓn⁹ in faciẽ. Hũiliãdo ſe corã
deo. b ¶ Locutuſcꝫ ad cho
re. Rationabiliter/ et charita/
tiue dicẽs: c ¶ Mane īquit
notuz ⁊c̃. i. cras ſaliua ieiuna:
temptabat enĩ vtrũ interim cho
re reſipiſceret a ſua temeritate.
d ¶ Et ſanctos applicabit
ſibi. i. oñdet quos vult fungi ſa
cerdotio corã eo. e ¶ Et quẽ/
†1. q. 1. ſiq̇s inq̇t in fine
cũcꝫ elegerit ipſe erit ſctũs
. i. ad diuina deputatus in offi/
cio ſacerdotali. f ¶ Multum
erigimini. Quia nõ ſolũ con/
tra homines: ſed etiã ↄtra deũ.
g ¶ Num parũ ẽ vobis ⁊c̃.
q. d. nõ deberet⁊ reputare parũ
ſed multũ diuina bñficia q̃ fecit vobis p̄ alijs. h ¶ Ut vo.
etiam

cecidit ꝓnus in faciẽ: locutuſcꝫ ad chore ⁊ a b
ad oẽm multitudinẽ: Mane inq̇t notũ fa/
ciet dñs/ q̇ ad ſe ꝑtineãt: ⁊ ſctõs applicabit c d
ſibi: ⁊ q̊s elegerit/ approping̃bunt ei. Hoc
igit̃ facite: Tollat vnuſq̇ſcꝫ thuribulũ ſuũ:
tu chore ⁊ oĩe conciliũ tuũ: ⁊ hauſto cras
igne/ ponite deſuꝑ thymiama corã dño: et
quẽcũcꝫ elegerit/ ipſe erit ſanctus. Multũ e f
erigimini filij leui. Dixitcꝫ rurſum ad cho
re: Audite filij leui: Num parũ vobis eſt/ g
ꝙ ſeparauit vos deus iſrael ab omni po/
pulo: ⁊ iunxit ſibi vt ſuiretis ei/ in cultu ta
bernaculi: et ſtaretis coram frequentia po/
puli ⁊ miniſtraret⁊ ei? Idcirco ad ſe fecit ac
cedere te/ ⁊ oĩes fratreſ tuos filios leui: vt h
vobis etiã ſacerdotiũ vẽdicet⁊: ⁊ oĩs glob⁹ i
tuus ſtet ↄtra dñm? Quid eſt eni aaron/ vt k
murmuretis ↄ euz? Miſit ergo moyſes vt l
a vocaret dathan ⁊ abirõ filios heliab: Qui m
reſpõderũt: Nõ veniemus. Nũquid parũ n
eſt tibi ꝙ eduxiſti nos de terra quę lacte et o p
melle manabat: vt occideres in deſto: niſi q r
⁊ dñatus fueris nr̃i? Reuera iduxiſti nos s
in terrã q̃ fluit riuis lactis ⁊ mellis: ⁊ dedi/
ſti nobis poſſeſſiones agrorum ⁊ vinearũ:
An ⁊ oculos nr̃os vis eruere? Nõ venim⁹. t
Iratuſcꝫ moyſes valde: ait ad dñm: Ne re v x
ſpicias ſacrificia eorũ: Tu ſcis ꝙ nec aſel/ y
lũ quidẽ vncꝫ acceperim ab eis: nec afflixe
rim quẽpiam eoruz. Dixitcꝫ ad chore: Tu
⁊ oĩs congregatio tua ſtate ſeorſum corã
dño/ ⁊ aarõ die craſſino ſeparatim. Tollite
ſinguli thuribula veſtra: ⁊ ponite ſuꝑ ea in
cenſum/ offerentes dño ducenta quinqua
ginta thuribula: aaron q̊cꝫ teneat thuribu/
lũ ſuũ. Quod cũ feciſſent/ ſtantib⁹ moyſe ⁊
aaron ⁊ coaceruaſſent aduerſum eos oẽm z
multitudinẽ ad oſtiũ tabernaculi: apparu/
it cunctis gloria dñi. Locutuſcꝫ dominus a
ad moyſen ⁊ aarõ ait: †Separamini de me b
dio cõgregatiõis hui⁹ vt eos repẽte diſper c
dã. Qui ceciderũt proni in faciẽ atcꝫ dixe d
rũt: Fortiſſime deus ſpirituũ vniuerſę car e
nis: nũ vno peccãte/ ↄtra oẽs ira tua deſe/ f
uiet? Et ait dñs ad moyſen: Precipe vni/ g
uerſo ppl'o vt ſeparet̃ a tabernaclis chore
⁊ dathã ⁊ abirõ. Surrexitcꝫ moyſes ⁊ abi/
it ad dathan ⁊ abiron: ⁊ ſequẽtib⁹ eũ ſenio
b ribus iſrl'/ dixit ad turbã: Recedite a taber
naculis hoīm impiorũ: et nolite tangere q̃
ad eos ꝑtinẽt/ ne inuoluamini in pctis eo/
rũ. † Cumcꝫ receſſiſſent a tẽtorijs eoꝝ ꝑ cir
cũitũ dathan ⁊ abiron egreſſi ſtabãt in in/ b
troitu papilionũ ſuoꝝ cũ vxorib⁹ ⁊ liberis
oĩnicꝫ freq̃ntia. Et ait moyſes: In hoc ſci/ i
etis ꝙ dominus miſerit me vt facerẽ vni/

etiã ſa. vẽ. i. indebite vſurpet⁊ G
tancꝫ ingrati diuinis bñficijs.
i ¶ Et oĩs glo. tu⁹ ſtet ↄ do
minũ? A veritate enĩ ſe eſſe va
cuos ꝓfeſſi ſunt: q̇ multitudine
ſe armauerunt. k ¶ Quid eſt
enĩ aarõ vt murmuretis cõ
tra eũ. q. d. nõ aſſumpſit ſibi ſa
cerdotium/ ſed dñs impoſuit ei.
l ¶ Miſit ergo. Hic ponit̃ re
prehẽſio moyſi q̃tũ ad ambitio
nẽ ducatus ppl'i. ⁊ p̄mo vocauit
moyſes iſtos ambitioſos coraz
alijs ſenib⁹ vt eos rõnabilit̃ in/
duceret ad deſiſtẽdũ. m ¶ Qui
re. nõ ve. Oſtẽdẽtes ſe apte re
bellare: ꝓpt̃ qđ ↄñr ꝓcedũt ad
ↄuitia. n ¶ Nũq̇d paꝝ ẽ tibi
. ſ. ꝙ fecer⁊ h̄ malũ toti ppl'o: qđ
malum exprimitur cũ ſubditur:
o ¶ Qꝛ eduxiſti nos de ter/
ra. ſ. egypti. p ¶ Que lacte
⁊ mel. ma. i. bonis oĩb⁹ abũ
dabat: illã terrã vltra debitũ cõ/
mendabãt in vituperiũ moyſi q̇
eoſ inde eduxerat. q ¶ Ut oc
cideres in deſer. ex defectu ci
bi ⁊ pot⁹. r ¶ Niſi ⁊ do. fue.
noſtri? vñ imponebãt ei ꝙ vel
let eos redigere in ſeruitutẽ. qđ
erat falſũ. s ¶ Reuera indu
xiſti nos in terram ⁊c̃. Hoc
dicebãt ironice ad deſignanduz
ꝙ moyſes ꝑ falſas ꝓmiſſiones
decepiſſet ppl'm: ꝓmittẽdo eis
terram lacte et melle fluentem.
t ¶ An ⁊ ocl'os noſtros vis
eruere? Nõ venim⁹. q. d. nõ
mãdas nobis q̇cq̃ ꝓ bono nr̃o
ſz ꝓ malo. v ¶ Iratuſcꝫ mo H
yſes val. Nõ ꝓ iniuria ſibi il/
lata: ſed qꝛ talis iniuria inuehe/
bat̃ ↄtra deũ cui⁹ erat nuncius.
x ¶ Ne reſpicias ſa. eo. Sic
non reſpexiſti ad ſacrificia cain
maligni: vt habet̃ Geñ. iiij. a.
y ¶ Tu ſcis ꝙ nec ⁊c̃. Cetera
patẽt vſcꝫ ibi: z ¶ Et coacer.
⁊c̃. Dicit Ra. Sa. ꝙ ꝑ totã no/
ctẽ p̃cedẽtẽ ⁊ ꝑtẽ diei chore ⁊ ſi/
bi adherẽtes diſcurrerãt per ca
ſtra dicẽtes ppl'o/ ꝙ mouebant̃
ꝓ vtilitate cõi ⁊ h̄ mõ coacerua/
uerũt ſibi ml'titudinẽ. a ¶ Lo
cutuſcꝫ eſt dñs: Hic ↄñr po/
nit̃ īflictio pene. vbi p̄mo ponit̃
ↄtaminatio dei cũ dr̄: b ¶ Se
ꝑamini de me. Qui ſunt indi
gni ſocietate vr̃a c ¶ Ut eos
re. di. Oẽs ſimul. d ¶ Qui
ceci. ꝓ. in fa. Ad placãdũ dei
irã. e ¶ Fortiſſime de⁹ ſpi.
. i. q̇. cognoſcis corda. f ¶ Nũ
vno pec. ⁊c̃. q. d. nõ decet. Iu
dex enĩ mortalis q̇ nõ cognoſcit
corda qꝛ hõ videt tm̃ q̃ parẽt: ali
qñ punit innocẽtes cũ peccãtib⁹
ſed tu q̇ diſcernis vidẽdo corda
hoīz nõ debes h̄ facere iõ ſbdit̃:
g ¶ Precipe vniuerſo ppl'o
⁊c̃. Et ptz lr̃a vſcꝫ ibi: h ¶ Da
than ⁊ abiron ⁊c̃. Parati ad
reſiſtendũ moyſi. i ¶ Scietis
ꝙ dñs mi. me ⁊c̃. i. ſcietis ꝙ
de mãdato dñi feci illud ꝓ q̇bus
iſti ſeditõez mouerũt: qꝛ de mãda
to ei⁹ ducatũ ſuſcepi: ⁊ aarõ ī ſa
cerdotẽ ordĩaui: ⁊ eliſaphã p̄ncipẽ ſuꝑ caathitas ↄſtitui. ſeq̇t̃:
* Deſcẽderũt

ꝑcutiebat intacto: nō ſicut aqua diluuij/aut ignea pluuia: aut
aqua maris/aut hiatu terre/quo ꝑmixtos poterat pariter ab
ſumere (nō qꝛ deus ſibi ſuos ſeruare nō poſſet. Sꝫ q̇d opus
erat tēptatione miraculi: vbi ſeparatio poterat fieri) vt vel aq̄
vel ignis/vel hiatus terre quos inueniſſet auferret: ⁊ ſic in fi/
13.b ne a çiçaniis ſeparabunt̄ frumenta: vt
malos cremātibus flāmis iuſti fulgeāt
ſicut ſol in regno patris ſui. a ¶ Di/
rupta eſt. Iſid. Per dathan ⁊ abirō
⁊ choꝛe ſignant̄ heretici ⁊ ſciſmatici: q̄
multos ſecū trahētes decipiūt: ꝯtēnē/
tes ſacerdotes xp̄i: ⁊ ſe a clero plebiſꝗ
ſocietate ſegregātes: cōſtruere audent
eccl'ias: ⁊ aliud altare: p̄cēꝗ alterā illi/
citis vocibus faciūt: dn̄ice hoſtie veri/
tatē per falſa ſacrificia ꝓphanātes. Et
qꝛ ꝯtra dei volūtatē ⁊ oꝛdinationē ni/
tunt̄: ob temeritatis audaciā terre cō/
pagibꝰ ruptis viuētes abſoꝛbent̄: nec
tm̄ duces ſꝫ oēs cōplices ⁊ fautoꝛes in
eterno igne p̄parata vltione peribūt.
Aug° b ¶ Deſcenderūt. Aug°. Alia lr̄a.
Et deſcēderūt ipi ⁊ oīa q̄cūꝗ ſunt eis
viuētes ad inferos. Notādū ſ̄m locū
Inferi terrenū dictos eſſe inferos. i. inferioꝛi
bus terre ꝑtibus: ſub vario enī intelle
ctu nomē inferoꝝ ponit̄: ⁊ maxime in
moꝛtuis hoc accipi ſolet. Sꝫ qm̄ iſtos
viuētes dictū eſt ad inferos deſcēdiſſe
⁊ ipſa narratiōe apparet q̇d factū fue/
rat manifeſtū eſt hic īferioꝛes ꝑtes ter
re inferoꝝ vocabulo noīari: cōparatio
ne huiꝰ ſuperioꝛis terre in cuiꝰ facie vi
uit̄. Sicut in cōparatiōe ſuꝑioꝛis celi:
vbi ſctōꝝ demoꝛatio eſt angeloꝝ: pec/
cātes angelos in huiꝰ aeris detruſos
caligine ſcriptura dicit tanꝗ carceribꝰ
inferi punicēdos reſeruari. c ¶ Pre/
cipe ele. Aug°. Alia lr̄a: Et dixit dn̄s
ad moyſen ⁊ ad eleaçarū filiū aarō ſa/
cerdotē: Tollite thuribula erea de me
dio exuſtoꝝ: et ignē alienū hūc ſemina
ibi: qꝛ ſanctificauerūt thuribula pctōꝝ
hoꝝ in aīabꝰ ſuis: ⁊ facies laminas du
ctiles circūpoſitionē altari: qm̄ oblata
ſunt ante dn̄m et ſctīficata ſunt: ⁊ facta
B ſunt i ſignū filiis iſrl'. Cur nō ad moy/
ſen ⁊ aaron ſicut in ſuperioꝛibꝰ dn̄s locutus eſt: ſed ad moy/
[Litte]ralis ſen ⁊ ad eleaçarū filiū aaron? Hec mihi cauſa interim occur/
tio rit: qm̄ q̄ſtio erat de ꝓgenie ſacerdotū. i. de quo genere eſſe
deberēt: vn̄ illi ex alio genere: qꝛ ſibi ſacerdotiū vſurpari auſi
ſunt: mirabili ſupplitio perierūt. Nō ad aaron q̇ iā ſummꝰ ſa
cerdos erat: ſed ad eleaçar voluit loq̇ deus: q̇ ei ſuccedere de
bebat: ⁊ ſcd̄o iā ſacerdotio fungebat̄: vt ſic ſeriē generis com
mēdaret q̇ in ſucceſſiōibꝰ ſacerdotū eſſe deberet. Vn̄ in ſequē
tibus addit. Et accepit eleaçar filiꝰ aaron thuribula enea q̄ꝫta
obtulerūt q̇ exuſti ſunt: ⁊ addidit ea in circūpoſitionē altaris
memoꝛiale filiis iſrl': vt nō accedat q̇ſꝗ alienigena: qui nō eſt
de ſemine aarō īponere incēſum an̄ dn̄m: ⁊ nō erit ſicut choꝛe
⁊ ſicut cōſpiratio eius ⁊c̄. Hoc ergo mō voluit deꝰ nō ſacer/
dotiū qđ iā erat in aaron: ſꝫ ſucceſſiōis ꝓgeniē cōmēdare. Or
ꝟo ait alienū ignē ſemina: ibi ſparge intelligendū eſt. Et qđ
addidit: qꝛ ſctīficauerūt thuribula pctōꝝ hoꝝ in aīabꝰ ſuis: lo
cutione inuſitata ſnīa exp̄ſſa eſt. Sed notādū nouo mō dicta
ſctīficata in pena eoꝝ a q̇bus hoc pctm̄ fuerat ꝑpetratū: qꝛ ꝑ
eos exemplū datū eſt ceteris ꝙ ꝑtimerēt. d ¶ Tollat thu.
[M]yſtice Orige. Choꝛe figurā gerit eoꝝ q̇ ꝯtra eccleſiaſticā fidē et do/
ctrinā veritatis inſurgūt. Hic cū cetu ſuo in batillis ereis ob
tulit incēſum alieni ignis. Iubet̄ ꝗ a dn̄o diſꝑgi ignis ⁊ d̄ ba
tillis qꝛ ſctīficata ſunt lamīas fieri ductiles: ⁊ ex eis altare cir
cūdari: qꝛ oblata ſunt coꝛā dn̄o ⁊ ſctīficata. Hoc aūt videt̄ fi/
gurari ꝙ batilla erea diuine ſcripture figurā teneāt cui hereti
ci alienū ignē imponētes. i. intelligentiā a deo alienā: ⁊ veri
tati ꝯtrariā/incēſum deo nō ſuaue: ſed execrabile offerūt. Et
ideo foꝛma nr̄is ſacerdotibꝰ dat̄: vt (ſi aliq̇d tale fuerit exoꝛ/
tum) q̄ a veritate ſunt aliena: ab eccl'ia penitꝰ excludant̄. Si
qua ꝟo in ipis hereticoꝝ verbis ex diuine ſcripture ſenſibus
inueniunt̄: non reſpuant̄. ſanctificata enī ſunt ⁊ dn̄o oblata.
Orige.

uerſa que cernitis/⁊ nō ex ꝓpꝛio
ea coꝛde ꝓtulerim: Si conſueta
hominū moꝛte interierint/⁊ viſi/
tauerit eos plaga qua ⁊ ceteri vi
ſitari ſolēt: n̄ miſit me dn̄s. Sin
aūt nouā rem fecerit dn̄s: vt ape
riens terra os ſuū deglutiat eos
et oīa q̄ ad illos ꝑtinēt: deſcēde/
¶ inferioꝛes partes terre.
rintꝗ viuētes in infernū: ſcietis
ꝙ blaſphemauerint dn̄m. Cōſe
a ſtim igit̄ vt ceſſauit loqui/†diru/
pta eſt terra ſub pedibus eoꝝ: et
aperiens os ſuū deuoꝛauit illos
cum tabernaculis ſuis/ ⁊ vniuer
b ſa ſubſtantia eoꝝ: Deſcenderūt a
¶ in inferioꝛes partes terre.
ꝗ viui in infernū operti humo: ⁊
perierūt d̄ medio multitudinis.
At ꝟo oīs iſrael qui ſtabat per
gyrū/fugit ad clamoꝛē pereūtiū
dicens: Ne foꝛte ⁊ nos terra de/
glutiat. †Sed ⁊ ignis egreſſus a b
dn̄o / īterfecit ducētos quinqua
ginta viros qui offerebāt incen/
ſum. Locutuſꝗ eſt dn̄s ad moy c
¶ et nō aaron.
c ſen: dicēſ: Precipe eleaçaro filio d
d aaron ſacerdotis vt tollat thuri

¶ Orig. Poteſt ⁊ alio mō intelligi qđ de batillis p̄cipit̄ pec C
catoꝝ vt ſocient̄ altari. Erea dicunt̄: qꝛ vbi vera fides ⁊ inte/ Ps.11.b
gra verbi dei p̄dicatio: aut argentea dicunt̄ aut aurea: vt ful/
goꝛ auri declaret fidei puritatē: ⁊ argentū igne ꝓbatū: eloq̇a
dn̄i igne examinata ſignificet. Iſta ꝟo q̄ dicunt̄ erea: in ſono
tm̄ vocis cōſiſtūt: ⁊ ſunt vt eramentū
ſonās: aut cymbalū tinniens. Iſta ꝟo
batilla erea. i. hereticoꝝ voces ſi adhi
beamꝰ ad altare dei vbi diuinꝰ ignis:
vbi vera fidei p̄dicatio: melius ipa ve/
ritas ex falſoꝝ cōparatione fulgebit.
Si eniꝫ dicta marcionis aut baſilidis
aut cuiuſlibet heretici ſermonibus ve/
ritatis ⁊ teſtimoniis ſcripturarū velut
diuini altaris igne confutē: in me eui/
dentioꝛ ex ipſa cōparatione apparebit
eoꝝ impietas. Si eniꝫ doctrina eccle
ſiaſtica eſſet ſimplex: ⁊ nullis extrinſe/
cis hereticoꝝ dogmatū aſſertionibus
ſcinderet̄: nō tam clara ⁊ tam examīa/
ta videret̄ fides noſtra. Ideo doctri/
nam catholicā ꝯtradicētes oppugnāt
vt fides noſtra nō ocio toꝛpeſcat: ſed
exercitiis elimetur: vnde. i. Coꝝ. xi. d. †Deu.11.a
Opoꝛtet hereſes eſſe: vt q̇ ꝓbati ſunt Ps.105.c
manifeſti fiant: quaſi opoꝛtet heretico De elec.1.c
rū batillis altare circūdari: vt fiat om/ licet de vi/
nibus manifeſta fideliū et infidelium tanda
differētia. Cum enī fides eccleſiaſtica
velut aurū ceperit refulgere: ⁊ p̄dica/
tio eius vt argentū igne ꝓbatū reſplē
duerit: turpius hereticoꝝ voces obſcu
ri eris vilitate ſoꝛdebūt. Bona enī ex
deterioꝝ comparatione magis noſcū
tur. Quis ſciret bonā eſſe lucē niſi te
nebꝛas ſentiremus? Quis noſſet mel
lis dulcedinē: niſi guſtaſſet amaritudi/ †J.26.b
nem? Ipſum deniꝗ diabolū ⁊ contra
rias poteſtates ſi auferas: ꝟtutes anī
mi ſine obluctante nō poterūt eniteſce
re. Sic ⁊ ſacerdotū fidelium gloꝛia nō
poteſt reſplēdere: niſi eam infideliū re
pꝛobatio et pena cōmendet. Singuli
quoꝗ iuſtoꝝ magis ex cōparatiōe ce/
teroꝝ clari vident̄ apud deū. De noe Gen.6.b
ſcriptū eſt ꝙ eſſet iuſtus et ꝑfectus in
generatione ſua: in quo oſtēdit̄ ꝙ nō D
ex integro perfectus: ſed in generatione ſua. i. ad ceteroꝛum
comparationē

## Nico. de lyra

a ¶ Deſcenderūtꝗ viui ⁊c̄. i. inferioꝛes ꝑtes terre in
q̇bus dicit̄ eſſe infernus a doctoꝛibus: nō tamē ſic eſt intelli/
gendū ꝙ ſint in pena īferni: ita ꝙ nō fuerūt moꝛtui ꝑ̄us moꝛ/
te coꝛpoꝛali: qꝛ ſ̄m ꝙ dicit̄ ad Heb. ix. g. Statutū eſt oībus
ſemel moꝛi: ad ſoluendū debitū nature lapſe: poſt hoc aūt iu/
dicium. ſ. retributio pꝛemii vel pene. b ¶ Sed ⁊ ignis ⁊c̄.
virtute diuina. Dicit eniꝫ Ra. Sa. ꝙ exiuit de thuribulis q̄
tenebāt. c ¶ Locutuſꝗ eſt dn̄s ⁊c̄. Hic cōſequēter poni
tur ſignū punitiōis p̄dicte ad repꝛeſſionē alioꝝ in futurū a cō
ſimili temeritate/cū dicit̄: d ¶ Precipe eleazaro ⁊c̄. hoc
enim ſignum ponebat̄ ad rep̄mendū alios in futuro ab vſur
patione ſacerdotii: ⁊ ideo hoc ſignū mandat̄ fieri per eleaça/
rum magis q̄ꝫ per aaron: qꝛ debebat ſuccedere in ſacerdotio.
Qm̄ ſanctificata
lis ſunt cauſa dicti ſciſmatis digni ſunt pene gehennalis. Moꝛalit̄
b ¶ Sed ⁊ ignis egreſſus ⁊c̄. incēſum. Per iſtos vſur
pantes ſibi ſacerdotiū: intelligunt̄ ambitioſi dignitatū ⁊ offi
cioꝛum in religionibus et eccleſiis: ⁊ iſti puniri merent̄ pena
ignis gehennalis. d ¶ Precipe eleazaro ⁊c̄. Thuribu/
la ſunt inſtrumēta ad offerendū incēſuꝫ quod ꝑtinet ad ſacer/
dotis officiū: igitur per thuribula ambitioſoꝝ pꝛedictoꝝ qui
ſibi volebant vſurpare ſacerdotiū poſſunt intelligi verba fal
ſa: opera ficta ⁊ occulta munera: per que ambitioſi querūt ob
tinere in eccleſia gradū indebitū ſibi que thuribula ꝓducun/
tur in laminas quādo manifeſte detegit̄ ⁊ debite punit̄ am/
bitioſoꝝ falſitas: ⁊ iſte lamine figunt̄ in altari quādo mani/
feſtatio ⁊ punitio dicte falſitatis redigunt̄ in ſcriptura cōmu
ni: vt ſic ſint aliis in ſignū ne querāt indebite honoꝛis ſtatū.
Murmurauit

E cōparationē. Similiter Loth quanto quotidie deteriores fie bant ſodomite / tāto iuſtior apparebat. Et cū regreſſi eſſent q̄ terrā inſpexerāt: ⁊ decē mēdiculoſis ſermonib⁹ deſperatiões pplo incuſſiſſent: duo. i. caleb ⁊ Ieſus bona nūciaſſent / ⁊ in ꝓpoſito manere ſuaderēt: īmortale eis meritū cōtulit nō tā ſua ꝯfeſſio q̄ȝ formido ſodaliū. Nō enī tā magnifice in eis v̄tus animi claruiſſet niſi reliq̄rū ignauie formido patuiſſet.

a ¶ Eo ꝙ oblatū ſit. Aug⁹. Circū/poſitionem v̄o altari cur. ſ. ex eis fieri voluit: addidit dicēs / ꝙ oblata ſunt in ſignū filijs iſrl: Nō ḡ in eis reproba/re voluit ꝙ a talib⁹ oblata ſūt / ſed h̄ po ti⁹ cogitari et attēdi añ quē oblata ſūt . i. q̄ añ dn̄m / vt plus in eis valeret no men dn̄i añ quē oblata ſūt / q̄ȝ peſſimū meritū eoꝝ a q̄b⁹ oblata ſunt. Hoc aūt ⁊ in Exodo cōmēorauit ſcp̄tura: qn̄ altare fabricatū dicit. Vn̄ ītelligit̄ gene/ra rerū geſtarū diſtributa eſſe ꝑ libros

† 7. q. 1. c. deniq̄ȝ ī fi. nō ordo tēpoꝝ cōtext⁹. Nā ⁊ de virga aarō quō res geſta ſit: vt florēs ⁊ ger/minās electionē ſacerdotij ei⁹ diuinit⁹ indicaret: in h̄ libro legit̄ ⁊ tn̄ in Exo. d̄r vt in ſctīſſctōꝝ cū māna ī arca poneret̄: qn̄ p̄cipit̄ d̄ tabernaclo fabricādo / qd̄ lōge añ p̄ceptū ē: q̄ȝ ip̄m tabernaculū fabricatū ꝑfectūq̄ȝ cōſiſteret.

† 31. diſ. c tenere Stetit aūt p̄mo mēſe ſcd̄i anni ex q̄ de egypto egreſſi ſūt: ⁊ liber iſte incipit a ſcd̄o mēſe eiuſdē anni ſcd̄i / eiuſdē menſis p̄mo die. Vn̄ clarū eſt iſta (ſi libroꝝ ordinez ꝯſiderem⁹) ꝑ recapitulationē. i. p̄teri/

Als † multitudo toꝝ recordationē cōmemorari: q̄ putāt q̄ min⁹ diligēter intēdūt / eodē facta ordine q̄ narrant̄.

b ¶ Tulit ergo eleaçar. Orige. Apud deū nihil eſt ocioſum: ſed q̄ putant̄ abijcienda aliquid operis neceſſarij habēt. Refert ḡ ſcriptura q̄ ex p̄cepto dei accepit Eleaçar batilla erea q̄ obtulerant q̄ exuſti ſunt ⁊ fecerūt ex eis circuloſ: ⁊ appoſuerūt eos altari in cōmemoratiōez filijs iſrl: vt nō accedat alienigena īponere incēſum corā dn̄o. Nō enī ſunt ꝯſilia diuina ſicut ꝯſilia humana. Si apd̄ hoīes iudicaret̄ hec cauſa: ⁊ apud eccliarum p̄ncipes de his (verbi grā) qui diuerſa ab eccl̄ijs docētes diuine ſententie / vel vindicte ꝑtulerūt vltionē: nōne iudicaret̄ / vt q̄ locuti ſunt / q̄ docuerūt / q̄ ſcripſerūt vniuerſa cū vniuerſoꝝ cineribus diſperirēt?

c ¶ Sicut paſſus eſt. Orig. Poſteris q̄ȝ dat̄ exemplū: ne q̄s p̄ſumptione ſuꝑbi ſpirit⁹ nō ſibi a deo datū munus pontificat⁹ inuaderet. Sed illi cedat quē nō ambitio humana: nō fauor corrupt⁹ / nec largitio dānāda aſciuerit.

d ¶ Moyſes ⁊ aaron. Orig. In ſodomis q̄dē ad min⁹ decē req̄rebant̄ / ꝑ q̄s vix ſaluarent̄ q̄ habitabāt pentapoli: Nūc aūt ſi duo inueniant̄ tales q̄lis fuit Moyſes ⁊ aaron: ſufficiunt vt tota gens iſraelitaꝝ ſaluet̄. Quid ḡ amplius eſt in his duobus / q̄ tāta v̄tus: qd̄ meritū: ꝙ ſexcēta milia ⁊ eo amplius liberent̄? Ego arbitror ꝙ in moyſe lex ſignificat̄ / q̄ docet hominē ſciētiā ⁊ amorē dei. In aaron v̄o ſupplicādi deo ⁊ obſecrādi forma. Si qn̄ ḡ nobis vel vniuerſo pplo de⁹ indignat̄: ⁊ iā vltio ꝓcedit et redeūte lege dei in cor noſtrū q̄ moneat et doceat nos ꝯuerti ad pn̄iam / ⁊ ſatiſfacere ꝓ delictis: cōtinuo ira ceſſabit / ⁊ ꝓpitiabit̄ dn̄s: quaſi moyſe ⁊ aaron ꝓ nobis intercedentib⁹ ⁊ ꝓ vniuerſo pplo ſupplicātibus. Si aūt induerent̄ cor nr̄a: nec ꝯuertamur nec humiliemur in cōſpectu dn̄i vt in ꝯfeſſione ſupplicationū irā mitigem⁹ / ſed ecōtra dicam⁹: Nō eſt cura deo de vita mortaliū / nec pertinēt hec ad deū: reliquit nos olim / nec iſta nouit: nō eſt moyſes et aarō in nobis legis. ſ. ſciētia ⁊ fructus penitētie ꝑ q̄s interitū poſſum⁹ euadere.

e ¶ Operuit nubes. Orige. Nō enī legimuſ antea ꝙ obtexerit nubes tabernaculū ⁊ apparuerit maieſtas dn̄i et receperit intra nubem moyſen et aaron: niſi cum ppl's in eos ſurrexerit ⁊ lapidare voluit. Diſcam⁹ ex hoc quāta ſit vtilitas in ꝑſecutione chriſtianis: quō protegat eos deus / ⁊ infundat̄ ſpūſſanctus

ſpūſſctūs. Tūc enī adeſt maxime glia dn̄i / cū hoīm ſeuicia ꝯcitat̄: ⁊ tūc pacē habemus apud deū / cū ab hoībus ꝓpter iuſticiā expugnamur. Vbi enī abūdat pctm̄ / ſuꝑabūdat et gratia:

G Rom. v. d. Operuit ḡ eos nubes tabernaculi / ⁊ irruit ſynagoga ſuꝑ moyſen et aaron: et apparuit glia dn̄i. Quis magni meriti ſint ⁊ v̄tutibus polleant: nō apparet eis glia dn̄i niſi in tribulatiōe et periculo / ⁊ pene in ip̄a morte. Apl's etiā in his gliam dn̄i conſequi meruit. vn̄ enumerat ſe ſuꝑ ceteros in tribulatiōib⁹ fuiſſe: ter v̄gis ceſum / ſemel lapidatū fuiſſe: ⁊ naufragia ꝑtuliſſe / ⁊ ꝑicula maris ac fluminū ⁊c. ij. Cor. xi. f.

f ¶ Recedite. Orig. Iubent̄ ḡ moyſes ⁊ aaron exire de medio ſynagoge / vt intereat. Sed videam⁹ quid faciūt: Sancti ſūt ⁊ ꝑfecti ⁊ magis euangelij q̄ȝ legis diſcipuli: ideo diligūt etiā inimicos / ⁊ orāt ꝓ ꝑſecutorib⁹. Illis enī irruentibus: iſti ꝓcidunt in faciē: ⁊ ait moyſes ad aaron: Aſſume batillum ⁊ īpone ſuꝑ illud ignē / eijce incēſum ⁊c. Videāt ergo qui deū pariter crimināt ⁊ legē: quomodo moyſes et aaron priores fecerūt / qd̄ poſtmodū euāgeliū docuit. Diligit moyſes inimicoſ ⁊ orat ꝓ ꝑſecutoribus. Inuenit̄ ergo euāgelij virtus in lege: ⁊ fundamento legis innitit̄ euāgeliū. Nec vetus teſtamentū noīo legē / ſi eā ſpiritaliter intelligā. Illis tm̄ lex vetus eſt teſta. qui eā carnaliter intelligunt. Illis vetus eſt ⁊ ſenuit / q̄ vires ſuas obtinere nō poteſt. Nobis aūt qui eā ſpiritaliter exponimus ſemꝑ noua eſt: ⁊ vtrūq̄ȝ nobis nouū teſtamentū eſt: nō tp̄is etate / ſed intelligentie nouitate. vnde Ioh. xiij. d.

h Mādatū nouū do vobis vt diligatis inuicē. cū ſciret datū eſſe mandatū dilectionis in lege: Sed q̄ charitas nūq̄ȝ cadit / nec mādatū veritatis veteraſcit: ſꝑ nouū eſſe ꝓnūciat. Semꝑ enī obſeruātes nouos facit in ſpiritu: pctōri autē ⁊ charitatis federa nō ſeruāti etiam euāgelia veteraſcūt: Nec pōt ei nouū teſta. eſſe: q̄ nō deponit veterē hoīem ⁊ induit nouū ſm̄ deū creatū. Hortat̄ moyſes pontificē magnū vt offerat in caſtris incēſum ⁊ oret ꝓ pplo. Iā eniȝ ceperat pplus vaſtari. In ſpū videbat moyſes q̄ gerebātur: Intellige pplm iſrl in caſtris ꝑ ordinē tribuū ⁊ familiarū diſpoſitū: v̄tutem v̄o quandā a deo miſſam: nō paſſim / ſed ex prima parte cepiſſe pplm vaſtare / et ꝓcedentē per ordinē mortis ſtragem. Conſidera poſt hec pontificem indutū veſte pontificali

bula q̄ iacēt in incēdio: et ignem

a ¶ q̄ per eos qui peccauerūt: exemplū datum eſt ceteris vt timeant.

huc illucq̄ȝ diſꝑgat: qm̄ ſcificāta ſūt in mortibus peccatoꝝ: ꝓducatq̄ȝ ea ī laminas: ⁊ affigat altari:

¶ quaſi magis attendendum ante quē oblata ſunt q̄ȝ a quibus.

a eo ꝙ oblatū ſit in eis incēſum domio: ⁊ ſanctificata ſint vt cernant ea pro ſigno et monimento

b filij iſrael. † Tulit ergo eleaçar ſacerdos thuribula ęnea in q̄b⁹ obtulerāt hi q̄s incēdiū deuorauit: ⁊ ꝓduxit ea in laminas affigens altari / vt haberent poſtea filij iſrael q̄bus cōmonerent̄ † ne quis accedat alienigena / ⁊ q̄ nō eſt de ſemine aarō ad offerēdū incēſuȝ

c dn̄o: ne † patiat̄ ſicē paſſus eſt chore ⁊ oīs † ꝯgregatio ei⁹: loquente dn̄o ad moyſen. Murmurauit

c autē oīs multitudo filiorū iſrael ſequēti die ꝯtra moyſen ⁊ aaron dicēs: Vos interfeciſtis populū

d dn̄i. Cūq̄ȝ oriret̄ ſeditio / ⁊ tumul

d tus icreſceret / moyſes ⁊ aarō fu/

e gerūt ad tabnaculū federī. Qd̄

e poſtq̄ȝ igreſſi ſūt operuit nubes /

f ¶ in tribulatione. ſ. non enim dormienti ⁊ ocioſo poteſt apparere gloria dn̄i.

⁊ appꝰuit gloria dn̄i. Dixitq̄ȝ do

f minuſ ad moyſen: Recedite de medio huius multitudinis: ⁊ iaȝ

## Nico. de lyra

a ¶ Qm̄ ſcti. ⁊c. i. ꝑ mortē pcōꝝ q̄ꝝ thuribl'a remanebūt appꝛebit futurū ꝙ ſcitas debet eē in ſacerdotib⁹: ⁊ h̄ eſt qd̄ ſubdit̄: Et ſan. ſint vt cernāt ea ꝓ ſigno ⁊c.

b ¶ Affigēs altari. ſ. holocauſtoꝝ.

c ¶ Murmurauit. Hic ꝯn̄r ponit̄ trāſgreſſio multitudīs / cū d̄r: Murmura. aūt oīs mul. çelās ꝓ chore ⁊ ſibi adiūctꝭ.

d ¶ Vos iterfeciſtis ⁊c. ꝑ h̄ ītuētes ꝙ erāt morte digni. vn̄ ſb̄dit̄:

e ¶ Moyſes ⁊ aarō fu. ad ꝓtectionē dn̄i.

f ¶ Opuit nubes ta. Dicunt aliq̄ ꝙ nō fuit illa nubes q̄ p̄bebat ducatū pplo / ſȝ q̄dā parua nubes ī q̄ dn̄s ſolit⁹ erat loqui cū moyſe: alij dicūt ꝙ fuit iſta q̄ p̄bebat ducatū: ſed añ h̄ ſemꝑ ſtabat in alto ſuꝑ tabernaculū: ⁊ tūc deſcēdit operiens et ambiēs tabernaculū circūq̄ȝ vt null⁹ poſſet accedere.

* Cūq̄ȝ iacerēt

* c ¶ Murmurauit. Hec āt murmuratio ꝯ moyſen ⁊ aaron fuit valde iiuſta: ꝓpt̄ qd̄ murmurātes puniti fuerūt incēdio corꝑali: ꝑ qd̄ ſignificat̄ ꝙ murmurātes iiuſte ꝯ bonos ſuꝑiores punicē niſi peniteāt igne gehēnali. ꝑ h̄ aūt ꝙ aarō de p̄cepto moyſi obtulit thymiama ꝓ illis q̄ cōburedāt ⁊ ſic ceſſauit incēdiū: ſignificat̄ ꝙ boni ſuꝑiores ſb̄ditꝭ ſuis ingratꝭ ⁊ indignis exhibere debēt charitatꝭ bn̄ficiū Matt. v. g. Bn̄facite his q̄ oderūt vos: ⁊ orate ꝓ ꝑſeq̄ntib⁹ ⁊ calūniātib⁹ vos.

nunc delebo eos. Cunqȝ iacerēt a
¶ videns in ſpiritu q̄ gerebant. a ¶ lex q̄ docet hominē ſcientiā ⁊ dei amorē.
in terra/ dixit moyſes ad aaron: b
a ¶ carnē humanā. b ¶ aīa.ſ.cū qua xp̄s natus eſt.
†Tolle thuribulū: ⁊ hauſto ignē
¶ chriſtū immaculatū.
de altari mitte incenſum deſup/
¶ ne.ſ.vltra. procedat vaſtatio.
pergēs cito ad populū vt roges
p eis.† Jam enī egreſſa eſt ira a
domio / ⁊ plaga deſeuit. Quod
a ¶ chriſtus ſacerdos magnus.
cum feciſſet aaron et cucurriſſet
¶ ſupplicandi ⁊ obſecrandi forma.
ad mediā multitudinē/ quā iam
vaſtabat incēdiū/ obtulit thymi
a ¶ recto corde. ¶ ne mors vltra graſſaret. b ¶ peccatores: ¶ nimietate ſcelerū.
a ama: ⁊ ſtāns iter mortuos ac vi/ c
¶ iuſtos. ¶ in operibus iuſticie.
uentes pro populo depcat⁹ eſt/
¶ Lxx. vaſtatio: vel vt in alijs exemplari/bus continet confractio.
b ⁊ plaga ceſſauit. Fuerunt aūt q̄
percuſſi ſunt/ q̄ttuordecim milia
hominū ⁊ ſeptingenti: abſqȝ his
q̄ perierāt in ſeditiōe chore. Re d
uerſuſqȝ eſt aarō ad moyſen ad
oſtiū tabernaculi federis poſtqȝ
quieuit interit⁹ Ca.XVII

Et locutus eſt dñs e
ad moyſen dicens:
Loquere ad filios iſ
rael: ⁊ accipe ab eis f
v̄gas ſingulas p cognatiōes ſu/
c as/ a cūctꝪ pncipib⁹ tribuū v̄gas

Deu. 2. c tulit itrepidus: impoſuit ſuꝑ arã: cul/ trũ eduxit ad iugulandũ: ſȝ ↄtinuo in/ hibet̃: ⁊ aries ꝓ filio dat̃ ad victimã. Vides ergo q̃ꝛ q̃ deo offerimus: nob̃ manẽt: ſȝ expetimur vt affectus noſter ⁊ fides ꝓbet̃. ¶ Qui de hoc puteo bi bit: ad h̃ ꝑficit vt habeat mũera q̃ deo offerat. de quibus in lege dicit̃: Mu/ nera mea: data mea. Ex his ergo que deus dedit offert̃ deo. dedit aũt agni/ tionẽ ſui: ⁊ hõ offert ei fidẽ ſuã ⁊ affe/ ctũ. ¶ Cũ obtulerimus q̃ ex deo ſunt: ↄſeq̃mur q̃ ex deo ſunt. Cũ em̃ noſtrã fidẽ ⁊ affectũ obtulerimus: tũc ip̃e lar/ git̃ diuerſa dona ſpũſſancti. de q̃ dicit̃ Roma. xi. d. Omnia aũt ex deo ſunt. b ¶ In bamoth. Bamoth aduẽtus moꝛt̃: q̃. ſ. cõmoꝛimur: vt cõuiuamus ei: ⁊ moꝛtificamus mẽbꝛa nr̃a ſuꝑ ter/ rã. Cõſepulti em̃ ſumuſ illi ꝑ baptiſmũ in moꝛte: Rom. vj. a. Qui em̃ oꝛdinẽ ſalutaris vie tenet: dȝ ꝑ hec ſingl̃a iter agere: ⁊ poſt ml̃ta ad hũc locũ venire. ¶ Oꝛige. Idẽ ex bamoth inq̃t in ne/ mus: qd̃ ẽ in cãpo moab a vertice mõ/ tis ceſi q̃ reſpicit ad deſertũ. Si h̃ iti/ nere incedamus: qd̃ nõ tã locoꝝ voca/
F bulis: q̃ aĩe ꝓfectibus ↄſtat. poſt oĩa venimus in nemus: vl̃ ſm̃ alios in ranan: qd̃ interp̃tat̃ aſcenſus vel vertex montis. Per hec g̃ venit̃ ad illud famoſum ꝑadiſi nemus: ⁊ amenas delitias antiq̃ habitatiõis: vel ad ꝑfectiõis ⁊ beatitudĩs ſum mitatẽ: vt dicamus q̃ꝛ ſuſcitauit nos cũ eo: ⁊ ſedere fecit in ce leſtibus cũ chꝛiſto. Vides q̃uſq̃ ꝑuenit̃ a puteo: q̃bus mãſiõi bus: imo ꝓfectibus iter aĩe parat̃ ad celũ. c ¶ Miſit aũt.
Allego. Idẽ. Mittit iſrael legatos ad regẽ amoꝛreoꝝ: regẽ. ſ. ſuꝑbũ
Eſa. 14. c qui ait: Virtute mea faciam: ⁊ ſapientia intellectus mei aufe ram fines gentiũ ⁊c. Et aſcendam in celum: ⁊ ſuꝑ ſidera celi ponã thꝛonũ meũ ⁊c. Ille q̃ȝ ſuꝑbus ⁊ elatus q̃ſi vnigenitus eius. de q̃ ſcriptũ eſt. ij. Teſ. ij. a. Quia extollet̃ ſuꝑ omẽ qd̃ dicit̃ aut qd̃ colit̃ de⁹ ⁊c. Oĩs g̃ elatus filius elati huius ẽ vl̃ diſcipulus ⁊ imitatoꝛ. vñ. j. Timo. iij. b. Ne foꝛte elatus inci dat in iudiciũ diaboli. In q̃ oñdit̃ ꝙ oĩs elatus ſic̃ diabolus ↄdẽnabit̃. Nos g̃ q̃ trãſire volumus ꝑ hũc mundũ vt ꝑueni/ amus ad ſanctã terrã ſanctis ꝓmiſſam: mittimus v̾bis paci/ ficis ad ſeõ: ꝓmittẽtes q̃ꝛ nõ habitabimus in terra eius: nec moꝛabimur cũ eo: ſȝ trãſibimus tm̃ incedentes viã regiã: vel via regali: nuſq̃ declinãtes/nec in agrũ/nec in vineã: nec de lacu eius bibẽtes. Cũ em̃ ad aquã baptiſmi venimus: ⁊ p̃me fidei ſignacula ſuſcipimus: diabolo renũciamus ⁊ põpis ei⁹: ⁊ oĩbus opibus eius: ⁊ oĩbus ſeruitijs eius ⁊ voluptatib⁹. quod adumbꝛatur cum dicitur: Quia non declinet iſrael in agrũ: neq̃ in vineã eius: neq̃ bibat de lacu eius. Nõ em̃ vl/ tra diſcipline diabolice: nõ aſtrologice: nõ magice: vel illi⁹ do ctrine q̃ ↄ̃ dei pietatẽ ſit: bibit fidel̃. Habet em̃ fontes ſuos: ⁊ bibet de fontibus iſrael: de fontibus ſaluatoꝛis: nõ de lacu
Allego. ſeõ. Nec relinq̃ẽs fõtẽ aq̃ viue: ↄgregat ſibi lacus ↄfractoſ vel ↄtritos. d ¶ Ad ſeõ regẽ. Seõ q̃ interp̃tat̃ arboꝛ ifru ctuoſa vel elatus. Hic eſt rex amoꝛreoꝝ: q̃ interp̃tant̃ in ama ritudinẽ adducẽtes vel loquẽtes. Hic diabolus elatus ⁊ in/ fructuoſus. de q̃ dicit̃ Ioħ. xiiij. d. Venit p̃nceps mũdi hui⁹: ⁊ in me nõ hȝ

⁊ in me nõ hȝ quicq̃. Et alibi: Ecce p̃nceps huius mũdi mittet̃ foꝛas. Nõ q̃ꝛ creauit mũdum: ſȝ q̃ꝛ in mũdo pctõꝛes ſunt: ⁊ ip̃e G pctĩ p̃nceps ẽ: ſm̃ ꝙ dicit̃. j. Ioħ. v. d. Quia oĩs mũdus in ma Ioħ. ligno poſitus ẽ: ⁊ ip̃e mundi p̃nceps eſt. e ¶ Via regia ⁊c. Que dicit Ioħ. xiiij. a. Ego ſum via veritas ⁊ vita. De q̃ dicit̃ Pſ. lxxj. a. Deus iudiciũ tuũ regi da. Hac incedendũ ẽ: ⁊ nuſq̃ declinandũ: nec in agrũ nec in vineã. i. nec ad ope/ ra nec ad ſenſus diabolicos volum⁹ pa cifice trãſire ꝑ mundũ. Sȝ hoc mag̃ in citat p̃ncipẽ mũdi ꝙ dicimus nos nolle manere cũ eo vel moꝛari vel aliq̃d eius ↄtingere. Inde iraſcit̃: ⁊ mouet ꝑſecu/ tiões ⁊ pericula: cruciatus intẽtat. In/ de dicit: Cõgregauit ſeõ ppl̃m ſuũ ⁊c. f ¶ Exercitu. Pꝛincipibus. ſ. ⁊ iudi/ cibus mũdi: ⁊ oĩbus neq̃tie miſtris: q̃ ſemꝑ impugnãt ppl̃m dei. g ¶ In ia ſa. In iaſa vel iſaar: qd̃ interp̃tat̃ man dati impletio. Si em̃ veniamus ad im/ pletionẽ mãdatoꝝ ſuꝑamus ſuperbũ ⁊ elatũ. Mãdatũ em̃ cõplere. i. diabolũ ⁊ exercitũ eius ſuꝑare. Nihil em̃ nob̃ poterit nocere: ſi veniamus in iſaar. i. ſi p̃cepta dñi noſtri ieſu chꝛiſti ſeruem⁹. h ¶ In oꝛe gladij. Viuus eſt ſermo dei. i. efficax: ⁊ penetrabilioꝛ oĩ gladio ⁊c. De q̃ dicit apl̃s Epħ. vj. c. Et gladi um ſpũs: qd̃ eſt verbũ dei. In hui⁹ oꝛe cadit ſeõ. i. diabolus. i ¶ Terra ei⁹. Oĩs terrena regio terra ſeõ dicit̃: Sȝ chꝛiſtus ⁊ eccleſia eius in oĩ terra ſeon dñat̃. k ¶ Ab arnõ vſq̃ iebocħ. Iebocħ ciuitas finiſq̃ regni ſeõ: ſic̃ ar/ non initiũ. Interp̃tat̃ aũt arnon male/ dictões eoꝝ. Iebocħ luctamẽ. Neceſſe eſt em̃ vt q̃ vult exire de regno diaboli luctet̃ cũ eius miniſtris. Sed ſi vicerit iã nõ erit iebocħ ciuitas ſeõ/ſȝ iſraelis. Hinc iacob cũ veniſſet ad quendã locũ Ge. paratũ eſt ei certamẽ/⁊ ibi tota nocte lu ctatus: cũ inualuiſſet/vocatũ eſt nomen eius iſrael.

## Nico. de lyra

⁂ a ¶ In datoꝛe legis: Id eſt deo qui dedit legem pꝛinci/ paliter: ⁊ moyſi qui dedit eam miniſterialiter: ⁊ ex eius merito data eſt illa aqua. Cetera patent. b ¶ Miſit autem iſrael nuncios ad ſeon regem amoꝛreoꝝ dicens: Obſecro vt tranſire mihi ⁊c. Hic ponitur impedimentum ex inuaſio ne amoꝛreoꝝ. ⁊ pꝛimo regis ſeon. ſecundo regis og/ibi: Ver/ teruntq̃ ſe. Iſti em̃ duo reges fuerunt amoꝛrei: vt habet̃ Io/ ſue. j. Circa pꝛimum ponitur ipſius ſeon debellatio. ſecũdo ſol/ uitur tacita queſtio/ibi. Vrbs eſebon fuit. Circa pꝛimum dici/ tur: Miſit autem iſrael nuncios: vt poſſent trãſire pacifice ad terram ſibi pꝛomiſſam. Sequitur: c ¶ Qui concedere no/ luit vt tranſiret iſrael per fines ſuos: quin potius ⁊c. Dicunt enim hebꝛei ꝙ ip̃e recipiebat tributum a chananeis qui habitabant terram pꝛomiſſionis vt impediret tranſitum fi liorum iſrael ad eos: et ideo non ſolum tranſitum pꝛohibuit: ſȝ etiam iuit eis obuiam ad debellandũ eos. Et patet littera vſq̃ ibi: d ¶ Quia foꝛti pꝛeſidio tenebantur termini am monitarum. Dicit Ra. Sa. ꝙ iſtud foꝛte p̃ſidiũ erat ꝓhibi/ tio dñi ne filij iſrael terrã eoꝝ accipent: ſic̃ habet̃ Deutero. ij.
⁂ Vrbs eſebon.

⁂ b ¶ Miſit autẽ iſrael nũcios ad ſeon regem amoꝛ reoꝛum dicens: Obſecro vt tranſire mihi liceat ꝑ ter ram tuam. Nõ declinabimus in agros ⁊ vineas: nõ bibemus aquas ex puteis. Via regia gradiemur do nec tranſeamus terminos tuos ⁊c. Ab iſto loco vſq̃ ad finem huius capituli agitur de regibus ſeon et og nitentibus impedire filios iſrael a tranſitu vſq̃ ad terram ſibi pꝛomiſſam: per quos deſignantur demones et homines mali: qui nitun/ tur impedire bonos in pꝛoceſſu virtutis. Sed ſicut ſeon ⁊ og a filijs iſrael fuerunt debellati: ſic demones ⁊ mali homines cuȝ dei adiutoꝛio a bonis ſuperantur: et ſic per iter ſuum gradiun/ tur: Pſ. lxxxiij. b. Ibunt de virtute in virtutem: videbit̃ deus deoꝛum in ſion.

ꝑſidio tenebant termini ammo/
a b nitaruз. Tulit ergo iſrael oēs ci/
uitates eius/et habitauit in vꝛbi
bus amoꝛreí/ in eſebon ſcilicet ⁊
¶ cogitationes.ſ.
viculis eius. Urbs eſebon fuit a
c ſeon regis amoꝛrei / q̄ pugnauit
a ¶ de patre vel aqua paterna.
d cōtra regē moab/ et tulit omnem
terram que ditionis illius fuerat
¶ maledictionē vel illuminationē eoꝝ.
e vſq̧ arnon. Idcirco dicitur in ꝓ
uerbio: Uenite i eſebon: edificet b
et conſtruat ciuitas ſeon. Ignis c
egreſſus ē de eſebō: flāma de op
pido ſeō/et deuoꝛauit arnō moa
bitaꝝ/et habitatoꝛes excelſoꝝ ar
f non. Ue tibi moab periſti poplē d e
¶ congregans.
chamos. Dedit filios eiꝰ i fugā/ f
⁊ filias in captiuitatē regi amoꝛ/ g
reoꝝ ſeon. Iugū ipoꝝ diſpijt ab h i
a ¶ abūdāter ītelligēs tēptationē.ſ.vel flu/
eſebō vſq̧ dibon: laſſi ꝑuenerūt i k l
xus eoꝝ. a ¶ ſufflans vel ſpirans.
¶ de ſaltu.
iophe ⁊ vſq̧ medaba. habitauit m

A B Aug. Iſralit. eiꝰ iſrl. a ¶ Tulit ergo iſrl ⁊c̄. Augꝰ. Hic poſſedit iſrl ci/uitates amoꝛreoꝝ quas bello ſuperauit: qꝛ nō eas anathematiçauit. Si enī anathematiçaſſet/poſſidere nō poſſet: nec inde ad vſus ſuos aliq̄d vſurparet. Notandū ꝟo quō dicta bella gerebant. īnoxius enī trāſitus negabat: q̄ iure humane ſocietatis debebat: ſed iā vt deus ſua iuſſa vel ꝓmiſſa cōpleret: adiuuit hic iſraelitas q̄bus amoꝛreoꝝ terrā dari oportebat. Nā edom cū ſiſiter tranſitū negaret: nō pugnauerūt cū illa gēte iſraelite.i.filij iacob cū filijs eſau: qꝛ terrā illā iſraelitis nō ꝓmiſerat / ſed declinauerūt ab eis. b ¶ Iſrael. Qui ī chri

Moralit. ſto iſrl eſt: nō in carne / ſʒ in manifeſto vidēs habitat in oībꝰ ciuitatibꝰ amoꝛreoꝝ: cū in toto oꝛbe terrarū chꝛiſti eccleſie ꝓpagant. Sed ⁊ q̄ſq̧ noſtrū pꝛius fuit ciuitaſ regis ſeon/q̄ interpꝛetatur elatꝰ. Regnabat enī in nobis ſtulticia/ſupbia/īpietas: ⁊ oīa que ſunt ex pte diaboli. Sed vbi expugnatus eſt foꝛtis/⁊ vaſa eiꝰ direpta: effecti ſumuſ ciuitates iſrl ⁊ hereditas ſctōꝝ: ſi tñ excīſa eſt in nobis penitꝰ poteſtas q̄ pꝛius dñabat: ⁊ arboꝛ infructuoſa/ et rex elatus/et ſumꝰ ſub eo q̄ dicit Matth. xj.d. Diſcite a me qꝛ mitis ſum ⁊ humilis coꝛde. In eſebon et viculis eiꝰ ⁊c̄. Singillatim ciuitates ſupbi ⁊ īfructuoſi regis enumerat: et pꝛecipuā regni eius vꝛbē eſebon noīat: que in interp̄tat cogitationes. Merito ergo maxima pars regni diabolici ⁊ poteſtas eiꝰ plurima in cogitationibꝰ regnat: qꝛ de coꝛde ꝓdeūt cogitationes male/homicidia/adulteria/ et hmōi/ q̄ coinquināt hominē. Neceſſario ergo iſta ciuitas igne exurit: quē ſaluatoꝛ venit mittere in terrā/⁊ vult vt accēdat. ¶ Iſid.

B Allego. In triceſimanona māſione gerit bellū cōtra ſeon regē amoꝛreoꝝ/et og regē

Seon baſan. Seon interpꝛetat tēptatio ocu

Allego. Co.11.c. loꝝ. Hic eſt diabolus q̄ trāſfigurat ſevelut in angelū lucis: ⁊ ꝑ hereſes ⁊ ſciſmata veriſimilia mētit/ vt incautos fallat: hūc amoꝛrei.i.amaricantes habent regē. Niſi enī quedā ſimulatio veritatis p̄cedat: nō ſunt hereſes amaricātes/nec ſciſmata in eccl'ia. Hūc regē quiſq̧ occidit: cū damnat ſimulationē ⁊ diligit veritatē. Og interp̄tat cōcluſio. Baſan aūt confuſio. Id enī diabolus agit vt cōcludat viā ad deū opponēdo idola ne credat in chꝛiſtū. Cōcluſio p̄cedit vt rex: ſequit confuſio tanq̄ plebs. Qꝛ qui mō cōcludunt ne credāt in chꝛiſtū: cū chꝛiſtꝰ apparuerit cōfundent. Ideo māſio hec: id eſt dibongad interp̄tatur foꝛtiter intellecta tentatio: qꝛ ſi ſuperet ſimulatio que ꝑ ſciſma vel hereſim exacerbat eccleſiā/⁊ cōcluſio q̄ ꝑ ſacrilegiū claudit fidei viā: tentatio intelligit/ ⁊ intellecta foꝛtiter ſuperatur. c ¶ Seon regis. Seon.i. loq̄ntis: q̄ enī ſub diabolo agūt tātū loq̄ noꝛūt ſed inania loquūt: vtpote aſtrologi ⁊ aliq̄ philoſophi. Fideliū aūt regnū qđ a deo eſt: nō in ſmone ſʒ in ꝟtute dei. d ¶ Moab. Rab. Moab q̄ interpꝛetat de pr̄e

Moab vel aqua paterna: de inceſtu ⁊ ebꝛietate cōceptus: q̄ſi abſente ⁊ neſciente patre: ſecularē ſcientiā ſignificat: que auctoꝛeз ſui ſenſum habet. Et qꝛ ex dei conditiōe generat: videt naſci de patre. Sed qꝛ adulter eſt/⁊ aduerſariꝰ populi dei: de inceſtu ⁊ ſpelunca ⁊ nocte generat. Uñ ſm Eſa. In nocte perlt.i.in

Eſa.16.a erroꝛe ſempiterno. Ar quoq̧ vꝛbs moabitarū: que interp̄tat aduerſarius: ſignificat ꝙ hec ſapientia deo inimica eccleſiaſtico ſermone cōtra ſe pugnāte: veritatis igne cōſumit: a quo et habitatoꝛes excelſoꝝ arnō deuoꝛant. Arnon enī maledictio vl' illumiātio eoꝝ interp̄tat. Quia q̄ ꝯfidūt ī eloquētia vel ſapiētia hūana: q̄ filijs tenebꝛaꝝ videt lucida: coꝛruūt/ꝯſumuntur. e ¶ Idcirco dicit. Oꝛige. Alia lra. Propter ħ inq̄t dicēt enigmatiſte: Uenite in eſebon vt edificet ⁊ ꝯſtruat ciuitas ſeon: qm̄ ignis ꝓceſſit de eſebon ⁊ flāma de ciuitate ſeon:

Enigmatice ⁊ deuoꝛauit vſq̧ moab ⁊c̄. Seon erat rex: cuius erat ciuitas eſebon. hic eſt ꝗ verboꝝ oꝛdo: ac ſi dicāt enigmatiſte: Uenite vt edificet ⁊ conſtruat eſebon: q̄ fuit ciuitas regis ſeon. Enigma dicit ſermo figuratus. Enigmatiſte q̄ figuraliter loquūtur. hi ſunt lex ⁊ ꝓphete. Uñ Ps. lxxvij.a. Aperiā in parabolis os

lis os meū: loquar ꝓpoſitiōes ab initio. Et Eſa. xxix.d. Erūt inquit verba libꝛi huiꝰ ſicut verba libꝛi ſignati. Signatꝰ ē liber: qꝛ figuris ꝑplexus eſt ⁊ enigmatibꝰ inuolutꝰ. Uenite in eſebon vt edificet: cecidit pꝛma ſubuerſa ⁊ incenſa reedificanda eſt alia. Si videas gentilē in dedecoꝛe vite et in religiōis erroꝛe: dic ꝙ hic ſit eſebon ciuitas ī regno regis ſeon. Regnat em̄ in cogitationibꝰ eius rex infructuoſus ⁊ elatꝰ. Ad hūc ſi accedat iſrael: id eſt eccl'ie filius adhibēs iacula verbi dei: diſtringens gladiū ſpūs cōtra eū/⁊ deſtruat in eo oēs munitiōes gentiliū dogmatum/⁊ omnes argumētationes elatorū igne veritat exurat: dic qꝛ ſubuerſa eſt eſebon ciuitas regis ſeon. Non tñ deſertus relinquit. Cū enī oēs filij iſrael euerterint ī hominibꝰ malas cogitatiōes ⁊ impios ſenſus: bonas cogitatiōes reedificāt ⁊ pios ſenſus: doctrinā veritatis inſerūt: religiōis ritū: viuendi oꝛdinē/⁊ moꝛū honeſtatē. Et tunc vere dicūt iſti enigmatiſte adinuicē: Uenite edificemꝰ eſebon: q̄ fuit ciuitas ſeon. Filij enī eccleſie: qꝛ legis enigmata ſpiritaliter intelligunt: enigmatiſte dicunt. Uñ Hiere.j.b. Ecce cōſtitui te hodie ſuper gētes ⁊ regna eradicare et ſubuertere: reedificare et plantare. Subuertit enī eſebon: eradicat cogitiōes impuras. Reedificat aūt ⁊ replantat cogitatiōes caſtas: vt efficiat eſebon nō amoꝛreoꝝ ſed filiorum iſrael. f ¶ Ue tibi moab ⁊c̄. Moab

Chamos interp̄tat cōgregās: vel q̄ſi attrectatio. Dibon abundāter intelligens tentationē vel fluxus eoꝝ. Iophe ſufflans vel ſpirās. Medaba: de ſaltu. Ue ꝗ illis q̄ in ſpiritali moab cōfidentes: cōgregant ſibi theſauros ſecularis ſapiētie/⁊ erigūt ſe cōtra potētiā dei: quoꝝ audacia nō p̄ualebit/ ſed fugiet ⁊ tradet in captiuitatē regis ſpiritaliū amoꝛreoꝝ. Iugum enī ipſoꝝ diſperiet ab eſebon vſq̧ dibon.i. a radice cogitatiōis vſq̧ ad ꝓfūditatē intellectꝰ defluet ſcientia eoꝝ: laſſiq̧ ſufflantes vanitates verboꝝ/ et ſpirantes ſe/

Chamos Dibon Iophe Medaba D

## Nico. de lyra

a ¶ Urbs eſebon. Hic reſpondet tacite queſtioni: qꝛ īmediate dictum eſt ꝙ iſrael habitauit in eſebon ⁊ viculis eius: ⁊ tamē fuit in terra moab. ideo poſſet aliquis querere quō iſrl accepit terrā illam cum eſſet ei ꝓhibitum a domino ne pugnaret cōtra eos/⁊ ꝙ nihil de terra eoꝛum daret eis: vt habetur Deut.ij.a. ideo ad hoc reſpondet hic: qꝛ licet illa terra fuiſſet intra terminos moab: aliq̄n tñ ſeon rex amoꝛreoꝝ eā acquiſierat iure belli/et ſic iſrael eam licite occupauit: pꝛopter qđ hic declaratur quomodo ſeon illam terram acceperat a filijs moab/cū dicit: Urbs eſebō fuit ſeon regis amoꝛrei/q̄ pugnauit ⁊c̄. Idcirco dicit in Pꝛouerbio: hoc eſt ī cantilena facta ⁊ diuulgata đ victoꝛia quā habuit ſeon ꝯtra filios moab. b ¶ Uenite in eſebon: edificet ⁊ cōſtruat ciuitas ſeon. Pꝛimo enim eam deſtruxit pugnādo cōtra filios moab: ⁊ poſtea eam ſibi reedificauit. c ¶ Ignis egreſſus eſt. qꝛ ille ſeon incendit terram in circūitu pugnando contra filios moab. d ¶ Ue tibi moab. quia deuictus es a ſeon.

Queſtio

e ¶ Periſti populе chamos. nomen eſt idoli moabitaꝝ. f ¶ Dedit filios eius in fugā. ſicut victi ſolēt fugere quādo poſſunt. g ¶ Et filias in captiuitatem regi amoꝛreoꝛum ſeon. quia mulieres non poſſunt ita fugere ſicut viri: ideo facilius capiunt. h ¶ Iugū ipſoꝛum.i. dominiū moabitarū. i ¶ Diſperijt ab eſebon vſq̧ dibon. Per hoc oſtenditur ꝙ ſeon nō occupauit totam terram eoꝛum ſed partem. k ¶ Laſſi. Ex bello ⁊ fuga. l ¶ Peuenerūt in iophe ⁊ vſq̧ medaba. Nomina ſunt ciuitatum que eis remanſerūt ⁊ ad quas confugerunt. m ¶ Habitauitq̧ iſrael in terra amoꝛrei. Hec eſt cōcluſio ad oſtendendū ꝙ iſrael non fecit contra pꝛeceptum dñi: occupando terram moabitarum ſeu amoꝛreoꝛum/quod erat eis licitum.

X Miſit itaq̧

E F rantes fetidũ odorẽ putridi ſenſus: in ſaltum ꝑuenient: vbi nõ ſunt arbores fructuoſe/ ſed beſtie: ↄtra q̃s dicit Pſ. lxxiij. d. Ne tradas beſtijs aĩam confitentẽ tibi. a ¶ Jazer. i. fortitudinẽ eoꝝ. Fortiſſima ſcꝫ hereticoꝝ dogmata dialectica arte cõſtructa. b ¶ Et poſſederũt. Ab errore ↄuertendo: ⁊ precepta dñi docẽdo: vt de eoꝝ correctione ⁊ ꝓfectu celeſtẽ ſibi patriã acq̃rerẽt. c ¶ Og rex baſan ⁊c. Orige. Ad og regẽ baſan nec legatos mittere dignant: nec petere ab eo vt trãſeant ꝑ terrã eius: ſed ſtatim cũ eo pugnãt: et ſuperãt eũ ⁊ pplm eius. Baſan interꝑtatur turpitudo. Merito ĝ nec legati mittunt ad iſtã gentẽ: nec trãſitus petit per terrã eius. Nullus enĩ nobis trãſitus vel acceſſus debet eſſe ad turpitudinẽ: ſed ab initio ſtatim expugnãda ⁊ oĩno cauẽda eſt. Og aũt interpretat cõcluſio: qui figurã tenet oĩm carnaliũ ⁊ materialiũ rerũ: quarũ deſiderio detenta aĩa excludit a deo: cõtra quos ita bellũ ꝑcipit gerendũ: vt non relinquat in eo viuẽs. Nullũ ĝ oportet relinq̃ a filijs iſrl in regno turpitudinis ⁊ decoris viuẽtẽ. Decet iſrlitica ꝟtutẽ reſecare turpia ⁊ p ia reedificare et honeſta. De regno autẽ ſeon nõ eſt ſcriptũ: vt nullus viuꝰ relinquat: nec de regno moab. Forte enĩ ex illis aliq̃bus indigemꝰ ꝓ vite huiꝰ exercitijs ⁊ agonibꝰ: alioq̃n debuimꝰ ex hoc mũdo exiſſe. De baſan ꝟo. i. turpitudine nullo penitꝰ indigemꝰ: excutiẽda oĩa ſunt opa turpitudinis. In nullo enĩ poteſt honeſtũ eſſe qd turpe eſt.

† Deu. 3. a et. 29.

itaq̃ iſrl i terra amorrei. Miſit a
¶ lex. ¶ ꝑdicatores.
a q̃ moyſes qui exploraret iaçer.
¶ conuentus populorũ.
b Cuiꝰ ceperũt viculos ⁊ poſſede b
rũt habitatores. † Verterũtq̃ ſe c
¶ turpitudinis.
⁊ aſcẽderũt ꝑ viã baſan: ⁊ occur d
¶ intercluſio.
c rit eis og rex baſan cum omĩ po
pulo ſuo pugnaturꝰ i edrai. Di
xitq̃ dñs ad moyſẽ: Ne timeas
euꝫ: q² in manu tua tradidi illũ/
⁊ omnẽ populũ ac terrã eius: fa
cieſq̃ illi ſicut feciſti ſeon regi amorreorum habitatori eſebon.
Percuſſerũt igitur et hunc cum
filijs ſuis/ vniuerſumq̃ populũ
eius vſq̃ ad internitionem: et
poſſederunt terram illius.

## Nico. de lyra

a ¶ Miſitq̃ moyſes q̃ explora. iazer. que erat ciuitas ſeon in qua remãſerãt aliq̃ bellatores ad cuſtodiẽdum. b ¶ Cuius ceperũt vicu. ⁊ poſſe. habi. iſti enĩ exploratores miſſi a moyſe ne viderent ſiles illis quos miſerat de cadeſbarne q̃ in reditu ſuo terruerũt pplm: vt dictũ eſt. ſ. xiiij. ca. noluerũt reuerti donec cepiſſent loca ad q̃ exploranda miſſi fuerãt. c ¶ Verterũtq̃ ſe. Hic ponit ĩpedimẽtũ ex inuaſiõe og/ cũ dicit: d ¶ Et occurrit eis og rex ba. ⁊c. ne timeas eũ. Erat enĩ valde fortis ⁊ robuſtꝰ: q² gigas valde magnus ⁊ habebat pplm fortẽ: iõ dixit dñs moyſi vt nõ timeret: aſſecurãs eũ de victoria: ⁊ ptꝫ lr̃a. De magnitudine ꝟo ⁊ fortitudĩe regis og dicit in quodã libro: q̃ apud iudeos dicit liber bñdictionũ vel bñdictiones: ꝙ cũ og audiſſet ꝙ caſtra filioꝝ iſrl occupabãt tria terre miliaria iuit ⁊ eradicauit vnum montẽ tãtũ ſpaciũ occupãtẽ: ⁊ poſuit ſuꝑ caput ſuũ vt ꝓijceret ſuꝑ caſtra iſrl: ſed deꝰ ĩmiſit formicas que ꝑforauerũt montẽ illũ: ⁊ ſic ꝑ foramẽ illud mons ille deſcẽdit ꝟſus collũ eius: ⁊ cũ vellet ſe expedire de mõte illo creuerũt dentes eius ⁊ ĩtrauerũt foramĩa mõtis: ita ꝙ nõ potuit illũ montẽ de capite ſuo amouere: ⁊ ad hoc ibidẽ ĩducit auctoritas. Pſ. iij. b. falſificata tñ. Dentes impioꝝ ↄfregiſti. Gloſa: Nõ dicas ſirabata. i. confregiſti: ſed ſirabeta. i. accreuiſti. ⁊ ibidẽ ſubdit ꝙ moyſes habebat decẽ cubitos altitudinis ꝑm menſurã tabulaꝝ tabernaculi: vt habet Exo. xxvi. Tenebat etiam ſecurim cuius manubriũ habebat decẽ cubitos in longitudine: ⁊ cũ viderat og montẽ irretitũ/ cucurrit ad eum ⁊ ſaltauit in altũ per decẽ cubitos: ⁊ ſic attigit ad cauillã pedis eius ⁊ ꝓiecit ad terrã: ſed q² hoc eſt ita abſurdũ ꝙ nõ indiget alia improbatiõe: idõ hoc poſui in hoc loco vt videat quãta cecitas eſt in iudeis qui credunt hoc eſſe verũ ad litterã: quia nec Ra. Sa. qui fuit maximus doctor apud eos: nec alij doctores huius dicti aſſignant alium intellectũ parabolicũ vel myſticum.

¶ In ca. xxi. vbi dicitur in poſtilla: Fecit ergo moyſes ſerpentem eneum ⁊c.

## Additio

Licet multis modis deus potuiſſet ſanare ꝑcuſſos ab ignitis ſerpentibus q̃ per aſpectũ ſerpẽtis enei: tñ hic modus in hoc loco videt valde cõueniẽs ex duobus. Primo ex correſpõdentia ad peccatũ. Peccauerant enĩ in hoc ꝙ ex cibo optimo ⁊ ſuauiſſimo de q̃o naturaliter debuiſſent cũ gaudio refici: nauſeabat tamẽ eoꝝ aĩa de illo: qd eſt cõtra cõmunẽ curſum nature: vñ dicunt: Nauſeat G aĩa nr̃a ſuꝑ cibo iſto leuiſſimo. Et ideo deus per oppoſitũ perc uſſos a ſerpẽtibus ignitis: qui cõmuniter debuiſſent ledi ab intuitu eorũ: ꝓut tradũt medici de his qui a cauſe rabiẽ patiente mordent: hoc cõtra curſum nature deꝰ diſpoſuit vt per aſpectũ ſerpentis curarent. Secundo ex correſpõdentia ad figuratum. Conſtat enim ꝙ quidã audientes doctrinã chriſti: que erat cibus aĩe ſuauiſſimꝰ: nauſeabat aĩa eoꝝ: vñ dicebãt Joh. vj. f. Durus eſt hic ſermo: quoꝝ multi fuerũt a ſerpẽtibus ignitis ꝑcuſſi. ſ. a temptationibus diabolicis: ſed fecit deus exaltari ſerpentẽ. ſ. chriſtum in ſimilitudinẽ carnis peccati in cruce pendentis: quẽ fideliter intuentes: etiã ſi ex morſibus diaboli fuiſſent leſi ſanarent: ꝓut in euangelio Joh. legit: et iſte ſenſus licet ꝑtineat ad figuram: reducitur tamẽ ad ſenſum litteralẽ inq̃ſtum reddit rationẽ littere ꝓut ſupra in q̃ſtione ãn ꝑncipiũ Geñ. de ſenſu lr̃ali poſita fuit oſtẽſum.

Ca. XXII

Profectiq̃. Hic ↄſequẽter ponit impedimẽtũ ꝓcuratũ per balaã ad ſuggeſtionẽ regis moabitarũ. Et q² in ſequentibꝰ balaam dicit magus ⁊ ariolus: ⁊ tñ eius ꝓphetie tanq̃ vere habent in auctoritate: ideo videndũ eſt ſi fuerint a deo vel demone: ⁊ de veritate ipſarũ. Circa primũ ſciendũ ꝙ ꝓpheta dicit quaſi procul fans: q² denunciat illa q̃ ſunt procul ab humana cognitione ꝑm viã nature: nũc autẽ ita eſt ꝙ quãto aliq̃s eſt ſubtilioris intellectus tãto eius cognitione ſe extendit ad altiora: ad que nõ poteſt attingere cognitio intellectꝰ magis rudis: qui nõ poteſt capere niſi ſenſibilia ⁊ groſſa: ⁊ ſi hoc eſt veruꝫ in diuerſis intellectibꝰ eiuſdẽ ſpeciei: multo plus eſt verũ in ĩtellectibus diuerſarũ ſpecierũ: cuiuſmodi ſunt intellectꝰ angelicus ⁊ humanus: ⁊ ideo cũ angelus ſit ſublimioris ⁊ altioris nature/ eius cognitio ad multa ſe extendit ad que nõ põt humana cognitio attingere: naturalia autẽ in demonibꝰ remanſerunt integra: ⁊ ideo eorũ cognitio naturalis ad plura ſe extendit q̃ humana. Cognitio autẽ bonorũ angelorũ adhuc ad plura ſe extendit inq̃tum ſunt illuminati lumine gratie ⁊ diuinis reuelationibus. Patet igit ꝙ demones a deo permiſſi poſſunt hoĩbus aliq̃s veritates reuelare eis incognitas: Tũ q² demonũ cognitio naturalis ad plura ſe extẽdit q̃ humana vt dictũ eſt: Tum q² ꝑm Aug. ij. ſuꝑ Geñ. ad lr̃am plura de ſuꝑnaturalibꝰ veritatibꝰ a ſanctis angelis aliq̃n demonibus reuelant: q̃s poſſunt vlteriꝰ hoĩbus reuelare a deo ꝑmiſſi: cũ igit reuelatio fit hoĩbus ꝑ demones: tales dicunt ꝓphete demonũ/ cũ aũt fit a deo ĩmediate: vel mediãtibus angelis ſctĩs dicunt ꝓphete dei. Conſiderandũ etiã ꝙ talis reuelatio differt a ꝑcedẽti: nõ ſolũ q̃tũ ad cauſam reuelantẽ: vt dictũ eſt: ſed etiã q̃tũ ad formã reuelationis: q² reuelatio facta a deo ⁊ angelis ſctĩs nullã falſitatẽ ↄtinet: ſed illa q̃ fit a demonibus frequẽter habꝫ admixtã falſitatẽ: q² ꝑm ꝙ dr̃ Joh. viij. f. Ipſe demõ mẽdax eſt ⁊ pater mẽdacij: ⁊ iõ lꝫ aliq̃n reuelet hoĩbus aliq̃s veritates: hoc facit vt efficatiꝰ decipiat: vt ex pluribus veritatibus ab eo ꝑdictis poſtea ſibi credat in falſitate: ꝑm ꝙ dr̃ in collatiõibꝰ patrũ Coll. ij. abbat. moyſi: ꝙ demon in ſpecie angeli boni cuidã fratri frequẽter apparuit: ⁊ multas veritates ſibi dixit: ⁊ q̃n vidit illũ fratrẽ bene inclinatũ ad credendũ ſibi: tũc ei ꝑſuaſit vt circũcideret: ⁊ ꝙ aliter nõ poterat ſaluari. Sciẽdũ etiã ꝙ reuelatio veritatis q̃ fit a deo ⁊ angelis bonis: nõ ſolũ fit hoĩbus bonis: ſed etiã aliq̃n malis: vt ptꝫ ꝑ verbũ ſaluatoris. Matth. vij. c. Multi dicẽt mihi in illa die Dñe dñe: nõne ĩ noĩe tuo ꝓphetauimꝰ ⁊c. ⁊ ſubdit: Et rñdebo illis: nũq̃ noui vos ⁊c. Hoc etiã ptꝫ ꝑ illud qd habet. iij. Reg. xiij. de ꝓpheta idoloꝝ qui ſeduxit ꝓphetã dñi: ⁊ poſtea facta eſt ſibi reuelatio a deo de morte illius ꝓphete dñi: eo ꝙ nõ obedierat voci eius. ꝓphetia enim reſpicit actuꝫ intelligẽdi: charitas autẽ que facit hominẽ bonũ eſt actus volũtatis: q̃ ꝓcedit ab actu intelligẽdi: ꝑus autẽ põt eſſe ſine poſteriori: ⁊ ideo reue.

Prophete qs dic

Reuelationes d num

A Aug° Iſalit a ¶ Videns aũt balach. Aug. Qđ dicit ſcriptura poſtq̃ vicit iſrael amoꝛreas: et poſſedit oẽs ciuitates eoꝝ miſiſſe legatos balach regẽ moabitarum ad cõducendũ balaã qui maledicere populũ iſrl̃: ſatis oſtendit nõ omẽs moabitas veniſſe in conditionẽ ſeon regis amoꝛreoꝝ: qñ eos bello ſuperauit. Siquidẽ remanſit gens moabitarũ vſq3 ad illud tẽpus vbi regnaret balach rex moab. Or ꝟo moab dixit ſenioꝛibus madian. i. moabite ſenioꝛibus madianitarũ: Nunc ablinget ſynagoga hec oẽs qui in circũitu noſtro ſunt. Nõ vna gens erat/ ſed vicini ad vicinos dixerunt ꝙ pariter cauendũ eſſet. Moab enĩ fuit filius loth. Madian filiꝰ abꝛae de cethura: nõ ꝟo vna gẽs erat ſed due vicine. b ¶ Miſit ergo

Tropolo. nuncios. Orige. Bellũ tibi imminet rex balach: opoꝛtet te arma et exercitũ pꝛeparare/ et armis inſtructũ occurrere. Tu ꝟo mittis ad balaã diuinũ munera multa/ ⁊ ꝓmittis maioꝛa dicens:

Mich.6.b Veni/ maledic populũ qui exijt de egypto. Balaam ꝟo refert hoc ad deũ/ et venire ꝓhibetur. Rex itẽ mittit legatos: ⁊ ſpem omnẽ ponit in balaam/ vt in populũ ꝓ telis iaculetur maledicta: Si foꝛte verbis ſuperet populus/ quẽ regis exercitus ſuperare nõ poterat. Quid hec hiſtoꝛia cõſequẽtie vel conſilij habet? Quis regũ aliquando imminente ſibi ꝑlio omiſſis armis ad diuini ⁊ auruſpicis verba cõfugit? Primo q̃ fatendũ eſt in quibuſdã plus valere ꝟba q̃ coꝛpa. Qđ enĩ exercitus neq̃t efficere/ hoc ꝟbis efficit nec dico ſanctis verbis vel dei verbis: ſed quibuſdã verbis q̃ inter hoĩes habent/ que quomodo nominẽ neſcio. Sũt tñ inutili arte cõpoſita / cuius vocabulum ſit quod cuiq3 placuerit. Erant in egypto incãtatoꝛes ⁊ magi Exo.vij.b. Quis hoĩm poteſt foꝛtitudine coꝛpis virgã mutare in ſerpentẽ: vel aquã in ſanguinem: quod illi fecerũt. Fecerat enim moyſes hoc pꝛimus. Sed quia ſciebat rex egypti hec quadã arte fieri verboꝝ/ que habent inter homĩes: putauit hoc moyſen nõ dei virtute ſed magica arte feciſſe/ ⁊ ꝟtute dei factũ ſimulaſſe. Cõuocat

B cõtinuo egyptioꝝ incãtatoꝛes ⁊ magos: qui inter eũ qui virtute dei operabat: ⁊ eos q̃ demones inuocabant facit eſſe certamen: efficit ſimiliter ꝯtraria virtus/ ſed ſerpens per dei virtutẽ factus abſoꝛbuit alios. Nõ enĩ potuit virtus demoniaca malũ quod ex bono fecerat reſtituere in bonũ. Potuit ex virga facere ſerpentẽ/ ſed nõ virgã reddere ex ſerpente. Ideo cõſumuntur omẽs ab ea: que dei virtute cõuerſa fuerat in ſerpẽtẽ/ ⁊ per virtutẽ diuinã nature ſue redditur/ vt nature deũ fateretur: verterunt incantatoꝛes egyptioꝝ aquã in ſanguinẽ/ ſed non potuerunt ſanguinẽ vertere in aquã. Dei aũt virtus nõ aquã: ſed totũ fluuiũ vertit in ſanguinẽ/ et oꝛãte moyſe nature ſue reddit. Produxerũt magi ſcyniphes/ ſ3 nõ potuerũt eas repellere. Moyſes aũt pꝛoduxit ⁊ reſtituit. Cõtraria aũt virtus male aliquid facere põt/ ſed reſtituere in integrũ nõ poteſt. Sunt autẽ magoꝝ differentie: alij enim plus valent/ alij minus. Balaam famoſus erat in arte magica/ ⁊ in carminibꝰ potens. Non enĩ habebat poteſtatẽ vel artem verboꝝ ad benedicendũ/ ſed ad maledicendũ. Demones enĩ ad maledicendũ inuitantur/ non ad benedicendũ. Quaſi ergo expertus in talibus in oꝛiente erat opinatiſſimus. Aliter enĩ nõ pꝛeſumpſiſſet rex hoc poſſe fieri ſermonibus/ quod ferro ⁊ acie vix cõpleretur. Certus ergo ⁊ frequenter expertus omiſſis bellicis inſtrumentis/ mittit ad eũ dicens: Ecce populus exijt de egypto ⁊ cooperuit faciẽ terre ⁊c̃. Videtur etia3 rex audiſſe quia filij iſrael ſolẽt hoſtes vincere oꝛatione: nõ armis/ nõ tam ferro q̃ pꝛecibus. Nulla enĩ iſrael contra pharaonẽ arma cõmouit/ ſed dictũ eſt ei Exo.xiiij.b. Dominus pugnabit ꝓ vobis/ ⁊ vos tacebitis. Cõtra amalechitas quoq3 nõ tãtũ vis armoꝝ: quãtũ moyſi valuit oꝛatio/ hec audierat rex moab. Scriptũ eſt enĩ Exo.xv.b. Audierũt gentes ⁊ irate ſunt: doloꝛes cõpꝛehenderunt habitatoꝛes philiſtijm. Tunc feſtinauerunt duces edom/ ⁊ pꝛincipes moabitarũ ⁊c̃. Cogitauit ergo apud ſemetipm̃ dicens: Quia oꝛationibus huius ppl̃i arma nulla poſſũt cõferri: ideo mihi pꝛeces reqrẽde ſũt/ q̃ poſſunt ſuperare oꝛationes iſtoꝝ. Scriptũ eſt ergo: Et dixit moab ad ſenioꝛes madian: Nũc ablinget ſynagoga hec omẽs qui in circũitu noſtro ſunt/ ſicut ablingit vitulus herbã campi. Quia ſicut vitulus abꝛũpit oꝛe herbã cãpi: ⁊ lingua tãq3 falce ſecat q̃cũq3 inuenit: ita ppl̃s oꝛe ⁊ labijs pugnat/ ⁊ in verbis hab3 arma. Mittit ergo balach ad balaã vt opponat verba verbis/ ⁊ pꝛeces ꝑcibus/ nec mireris ſi eſt ĩ arte magica tale quid. Eſſe enĩ hanc artẽ deſignat ſcriptura: vt eã ꝓhibeat/ ſicut demones eſſe ſignificat / ſed coli vetat: qꝛ magoꝝ magiſtri ſunt ſpiritus maligni. Nullus enĩ ſanctoꝝ ſpirituum ſ3 obtẽpe C

Iob.24.b

a hiericho ſita eſt.† Vidẽs aũt balach filiꝰ ſephoꝛ oĩa que fecerat iſrl̃ amoꝛreo/ et ꝙ ꝯtimuiſſent eũ b moabite: et impetũ eius ferre nõ c poſſent: dixit ad maioꝛes natu d madian: Ita delebit hic popl̃us oẽs qui in noſtris finibus cõmo ¶ pꝛedicatoꝛ. rãtur/ quõ ſolet bos herbas vſq3 ad radiceſ carpere. Ipẽ aũt erat e f b eo tpe rex in moab.† Miſit ergo g nũcios ad balaã filiũ beoꝛ ariolum qui habitabat ſuper flumen terre filioꝝ ammon/ vt vocarent eum et dicerẽt: Ecce egreſſus eſt ppl̃s ex egypto/ q̃ operuit ſuperficie3 terre/ ſedens cõtra me: Ve h ni igit et maledic populo huic q̃

# Nico.de ly

* ⁊ ideo reuelatio ꝓphetica põt eſſe ſine charitate/ ⁊ aliqñ fit vt dictũ eſt: ⁊ hoc cedit ad cõmendationem veritatis reuelate: vt talis veritas teſtimonium habeat etiã ab aduerſarijs veritatis ⁊ ad bonũ alioꝛu3. Deſcẽdamus igit ad ꝓpoſitũ: dicendo ꝙ balaã fuit ꝓpheta demonũ: qꝛ fuit ariolus ⁊ magus querens reuelationes a demonibuſ. Fuit etiã ꝓpheta dñi modo ꝑdicto inq̃tum alique veritates fuerũt ſibi reuelate a deo: l3 ab ipõ nõ q̃reret/ ſed virtute diuina fuit demon ꝓhibitus dare ſibi reſpõſum a q̃ querebat: ⁊ ſũt ſibi reuelate veritates a deo ⁊ cõpulſus eſt ꝓnũciare qđ nolebat: videl3 ſanctitatẽ ⁊ ꝓſperitatẽ ppl̃i iſrael: cũ tñ cõtrariũ deſideraret/ vt patebit: ⁊ hoc factum eſt ad cõmendationẽ populi iſrael/ et ad terroꝛem aduerſarioꝝ / ⁊ ad gloꝛiã dei pꝛincipaliter qui erat ductoꝛ illius populi ⁊ ad ſalutem gentium/ que ex ꝓphetijs balaam mote ſũt poſtea ad querẽdũ chꝛiſtũ natũ: vt habet Mat.ij.a. ꝓpter hec ⁊ ſimilia eius ꝓphetie ſcripte ſunt in canonica ſcriptura. His pꝛelibatis deſcẽdendũ eſt ad lr̃am cũ dicit: Pꝛofectiq3 ⁊c̃. vbi pꝛimo ponit ipĩus balaã vocatio. ſcđo cõtra ppl̃m iſrl̃ eius iniq̃ cõſultatio ca.xxv. Circa ꝑmũ deſcribit balaã ad maledicendũ vocatus. ſcđo ad maledicendũ conatꝰ. ca.xxiij. tertio ad bñdicendũ coactus ca.xxiiij. Circa ꝑmũ ꝑmittit ipſius balaã vocatio ſine effectu. ſcđo cũ effectu/ ibi: Rurſum ille. Circa pꝛimũ ꝑmo ponit ipſiꝰ balach petitio. ſcđo ipſius balaã rñſio/ ibi: Cũq3 veniſſent. Circa ꝑmũ pꝛemittit cauſa petitiõis/ cũ dicit: a ¶ Vidẽs aũt ⁊c̃. Amoꝛreo. i. ſeon ⁊ og ⁊ ppl̃is eoꝛum quos interfecerat iſrl̃: lic3 eſſent foꝛtiſſimi. b ¶ Et ꝙ ꝯti. eũ mo. ⁊c̃. Nõ audẽtes inuadere eos ſicut fecerant duo reges ꝑdicti. c ¶ Et impe. eiꝰ fer. nõ poſ. In hebꝛeo habet: Et abominatus eſt moab filios iſrl̃. i. odiebat: ⁊ ex hoc ꝯfidebat balach ꝙ moabite cũ eo ĩpedirẽt filios iſrl̃: ⁊ hec videt verioꝛ lr̃a: qꝛ filij iſrl̃ nõ fecerãt impetũ ꝯtra moabitas/ cũ eſſet eis ꝓhibitũ a dño: vt habet Deut.ij.a. vbi dicit: Non pugnes ꝯtra moabitas ⁊c̃. d ¶ Dixit ad maioꝛes natu madian. Erat enĩ balach de ppl̃o natus vt dicit Ra. Sa. ⁊ etiã alij. Nec eſt idẽ ppl̃s moabitis: qꝛ moabite deſcenderunt de loth/ ⁊ madianite de abꝛaam ꝑ madian: qui fuit filius cethure. e ¶ Ipſe autẽ. ſ. balach. f ¶ Erat eo tempoꝛe in moab. Per hoc enim quod dicit/ eo tempoꝛe: deſignat ꝙ non erat rex naturalis vel ex ꝓgenie illius terre: ſed ex accidenti vtpote quia ſubiecerat ſibi vnam partẽ illius terre: ſicut ſeon ſubiecerat ſibi aliã: vt dictũ eſt ca. pꝛece. Vel foꝛte quia moabite fugientes de pꝛelio ſeon: ſubiecerãt ſe ipĩ balach reddẽdo ei tributũ: vt iuuaret eos cõtra ſeon vel contra filios iſrael de quibus timebant vt dictũ eſt. g ¶ Miſit ergo nũcios. Hic ponit ipã petitio balach ꝑ nũcios ſuos cũ dicit: h ¶ Veni igit ⁊ maledic ppl̃o huic. Et ꝑ maledictionẽ tuã eius ꝟtus debilitet. Dicũt etiã hic alq̃ hebꝛei ꝙ balach audierat de ppl̃o iſrl̃ ꝙ plus vincebat verbis ⁊ pꝛecibus q̃ armis vt dictũ eſt Exo.xvij. de victoꝛia contra amalech: et ideo vocauit balaã vt maledicẽdo iſrl̃/ ꝟba ꝟbis opponeret.

An ꝓpheta balaam fuerit a deo

Diuiſio

D

* Noui enĩ

Moralit Moꝛaliter. a ¶ Videns aũt balach. Per balach qui in arto poſitus recurrit ad conſiliũ ⁊ auxiliũ balaã arioli: ſignificant illi qui in infirmitatibus vel alijs neceſſitatibus poſiti recurrũt ad illos qui ſunt magicis artibꝰ imbuti: ⁊ ſicut iſte balach in hoc magnas expẽſas fecit: ⁊ tñ nullũ cõmodũ ſed magis oppoſitũ repoꝛtauit: ſic ⁊ illi grauiter valde peccãt ⁊ nullã

X ij *vtilitatẽ re/

E ꝸ obtemperat mago. Non põt inuocare magus michael vel raphael vel gabriel. Minus ergo põt inuocare patrẽ vel filiũ vel ſpiritũſanctũ. Nos ſoli accepimꝰ poteſtatẽ hanc. Qui autem ſpiritusſancti particeps effectus eſt: ĩmundos ſpũs inuocare nõ debet: ne fugiat ab eo ſpũſſanctus. Magi ſunt qui inuocant beelzebub. Hoc ſciebat pplꝰ

Mar.3.c qui cõtra dñm mentiẽs ait: In beelzebub ꝑncipe demonioꝝ eijcit demonia. Saluator aũt ſciens verũ eſſe ꝙ beelzebub ꝑnceps ſit demonioꝝ: ĩ hoc nõ arguit mendaciũ: ſed reſpõdit: Si ego ĩ beelzebub eijcio demonia: filij veſtri in quo eijciunt? Conſtat ergo quoſdã demones eſſe malos: qui ĩuocati a magis aſſunt eis ad malũ/ nõ ad bonum: parati ſunt autẽ malefacere: bene aũt facere neſciũt. Hi ergo arte quadã: et cõpoſitione verboꝝ in amicitias ceſſerunt balaã: de quoꝝ amicitijs magnꝰ fructus apud hoĩes videbaẗ. Mittit ergo rex ad euȝ dicẽs: Ueni huc: ⁊ maledic mihi pplm hũc ⁊c. a ¶ Si quo modo poſſim. Videẗ nõ ex integro cõfidere in balaam: fama virtutũ que in populo dei facte ſunt perterritus.

b ¶ Noui enĩ ꝙ bñdi. ſit. Orige. Non credo euȝ ſcire ꝙ quibuſcũqȝ benedixiſſet balaã: bñdicti eẽnt: ſed adulandi gratia hec dicere: vt artẽ eius extollens promptiorẽ ſibi faceret.

Ars magica nõ benedicit

Ars enĩ magica neſcit bñdicere: nec demones. Scit bñdicere iſaac ⁊ iacob ⁊ omnes ſancti: Impioꝝ nullus bñdicere nouit. c ¶ Diuinatiõis precium.

Diuinatio

Alij: diuinacula in artibus: q̃s curioſitas humana cõpoſuit. Sunt q̃dã que ſcriptura diuinacula noĩauit. Gẽtilis autẽ cõſuetudo vel tripodas vel cortinas vel hmõi vocabulis appellat: que q̃ſi ad hoc conſecrata moueri ab eis et cõtractari ſolẽt. Sed diuina ſcriptura ephot vernaculo ſermone nominat in ꝓphetis: qḋ tradũt eſſe indumentũ ꝓphetantiũ. Aliud tñ in diuina ſcriptura ꝓphetia: aliud diuinatio. Ait eniȝ:

J.23.d Nõ erit auguratio ĩ iacob neqȝ diuinatio in iſrael. Abdicaẗ ergo penitus diuinatio: ope enĩ ⁊ miniſterio demonũ impletur. Igiẗ balaam acceptis diuinaculis/ cũ ſolerẽt ad ſe demones venire fugatos videt: ⁊ deũ adeſſe: quẽ ideo dicit ſe ĩterrogare: qꝛ cõſuetos ſibi parere nõ videt. Uenit ergo deus ad balaam/ nõ qꝛ ſit dignus: ſed vt fugenẗ illi qui ad maledicendum ⁊ malefaciendũ adeſſe cõſueuerãt: hinc enĩ ꝓuidebat deus pplo ſuo. d ¶ Uenit deus ⁊c. Non diciẗ vtrũ in ſomnis hoc factũ ſit: q̃uis ꝑ noctẽ factũ eſſe conſtet. Poſtea enĩ dicit ſcriptura: Exurgens balaam ma. ⁊c. Nemo glorieẗ ſi ſibi deus loquiẗ. Nouit enĩ quõ loquendũ ſit cũ talibus/ cum loquaẗ etiã cum reprobis. Qui ⁊ cũ per angelos loquiẗ: ipſe loquiẗ. ¶ Orig. Uenit deus ⁊ ait ad eum ⁊c. Poteſt obijci. Inuocet lȝ demones balaam: maledicat pplo: inuocati demones faciãt qḋ poſſunt. Nunq̃d nõ põt deus defendere pplm

Queſtio a demonibus vimqȝ eoꝝ cõpeſcere? Quid opus erat vt veniret ad balaam: ꝓhiberet demones: ne vl tẽptarent ledere populũ? Licet ergo nõ oĩa que poſſunt occurrere: ꝓferẽda ſint: dicemus tamẽ qꝛ non vult eos ante tẽpus damnare. Sciunt enĩ ⁊ ipſi qꝛ tẽpus eoꝝ hoc p̃ſens ſeculũ cõtinet: vñ Matth. viij.d. Veniſti añ tẽpus torq̃re nos. Ideo diabolũ nõ remouit a ꝑncipatu huius ſeculi: qꝛ opa eius neceſſaria ſunt ad ꝑfectionẽ eoꝝ qui coronãdi ſunt. Sic ⁊ reliquos demones non vult ante tẽpus a ꝓpoſiti ſui intentione violẽter abſtrahere. Ideo nõ ꝑmittit eos per balaã inuocari: ne forte inuocati deſtruanẗ ante tẽpus: ⁊ deo defendẽte pplm perimerenẗ. Aliud eſt enĩ ſi expectat demon a deo aliquẽ tẽptandũ: ſicut Iob et certa diſtinctione poteſtatẽ accipiat/ et dicaẗ ei: do tibi oĩa eius in poteſtate: ſed ipm nõ cõtingas. Alius ſi mago exigẽte ⁊ adiuramẽtis quibuſdã extorquẽte: demones ſine vlla obſeruatione deſeuiãt. In quo ſi eis libertas ſerueẗ arbitrij: populũ dei ꝑdent: ſi auferaẗ: hoc erit deo damnaſſe creaturã rationalem: ⁊ ante tẽpus intuliſſe iudiciũ: ⁊ impendiſſe omnibus qui cõtra

bus qui contra eos certantes poterãt coronari. Si enim demonibus auferaẗ libertas arbitrij: nullus impugnabit athletas chriſti: ⁊ nullũ certamẽ erit/ nullũ premiũ/ nulla victoria. Sic ergo agit deus: vt pplꝰ adhuc rudis: ⁊ qui nuper abſtrahi ceperat a cultu demonũ: demonibus nõ tradaẗ: ⁊ inuocanti mago reſponſa nõ deferantur: ⁊ genus demonũ arbitrij poteſtate nudetur: ideo ꝑuenit deus: ⁊ balaam inuocare demones ꝓhibet: ſi tñ a cupiditate ceſſaſſet. Sed qꝛ perſiſtit in deſiderio pecunie: ĩdulgẽs poteſtati arbitrij ire ꝑmittit: verbũ tamẽ ſuum iniecit in os eius prohibens maledictionem fieri per demones: vt benedictionibus locum daret et pro maledictis ꝸ ꝓferre facit

a fortior me eſt: ſi quo mõ poſſim ꝑcutere ⁊ eijcere eũ de ẗra mea. b Noui enĩ ꝙ bñdictꝰ ſit cui benedixeris/ ⁊ maledictus in quẽ maledicta congeſſeris. Perrexerũt ſeniores moab / ⁊ maiores natu c madian/ habentes diuinationis precium in manibus. Cumqȝ veniſſent ad balaã/ et narraſſent ei omnia verba balach: ille reſpondit: Manete hic nocte: ⁊ reſpondebo quicquid mihi dixerit dominus. Manentibus autẽ illis d apud balaam/ venit deus: ⁊ ait ad eum: Quid ſibi volũt homines iſti apud te? Reſpõdit: Balach filius ſephor rex moabitaꝝ miſit ad me dicens: Ecce pplꝰ q̃ egreſſus eſt de egypto operuit ſuperficiẽ terrę / veni et maledic ei / ſi quo modo poſſim pugnãs abigere eũ. Dixitqȝ deus ad balaam: Noli ire cum eis/ neqȝ maledicas populo: quia benedictꝰ eſt. Qui mane ꝯſurgẽs dixit ad principes: Ite in terram veſtrã:

a ¶ Lxx. diuinatiões preciũ. ſ. diuinatõis.

# Nico. de lyra

✻ a ¶ Noui eniȝ ꝙ benedictus ſit ⁊c. hoc dixit: quia balaam predixerat ſibi anteq̃ȝ eſſet rex moab: ⁊ ipm regnaturum ibidem: vt dicit Rab. Sa. b ¶ Et maledictus in quẽ ⁊c. qꝛ per maledictiones ſuas ⁊ carmina cõtra moabitas fuerãt debellati a ſeon. c ¶ Habẽtes diuinatiõis preciũ in ma. In hebreo habeẗ: Habentes diuinationes in manibus: quod exponitur tripliciter ab hebreis. Uno modo vt per diuinationes in manibus intelliganẗ munera pro diuinatiõibus: ꝓut accipit trãſlatio noſtra. Alio modo ĩſtrumẽta diuinãdi: que curioſitas humana adinuenerat: ⁊ talia portabãt nuncij ne balaam excuſaret ſe ex defectu talium. Tertio modo ꝙ illi nuncij qui erant de madian dixerant adinuicem quaſi pro diuinatione. Si balaaȝ ſtatim conſentiat venire nobiſcũ: eius aduentus erit nobis vtilis: ſi autẽ differat reſponſionẽ nihil valebit nobis: vnde qḋ poſtea ſub diẗ: Manete hic nocte. vbi ſubditur: Manẽtibus autẽ illis apud balaam. In hebreo habeẗ: Et manſerũt ꝑncipes moab apud balaam. q.d. iam receſſerãt maiores natu madian reputãtes aduentũ eius eis inutilem ſtatim cũ audierũt reſpõſionis dilationem: per talẽ modũ diciẗ. j. Reg. xiiij. quia ionathas dixit armigero ſuo de philiſteis: Si taliter locuti fuerint ad nos: manete donec veniamꝰ ad vos: ſtemus in loco nr̃o. Si autẽ dixerint aſcẽdite ad nos/ aſcendamus: qꝛ tradidit eos dñs in manibus nr̃is: ⁊ hoc erit nobis ſignũ: in hoc tamẽ eſt differẽtia: ꝙ ionathas nõ dixit hoc ſupſtitioſe: ſicut madianite: ſed ex diuino inſtinctu. d ¶ Cũqȝ veniſſent. Hic poniẗ balaam rñſio cũ dꝛ: e ¶ Ille rñdit: Ma. hic no. Erat eĩ ꝓpha demonũ: vt p̃dictũ eſt: Reuelatiões aũt a demonibꝰ q̃s iſte q̃rebat vt cõiter fiunt de nocte: qꝛ ſunt ſpũs tenebraꝝ. f ¶ Et reſpõdebo q̃cq̃d mi. di. do. Dicũt hic expoſitores aliq̃ ꝙ dubiũ eſt de quo intelligaẗ hic dñs: vtrũ de deo vel de demone qꝛ magi ⁊ arioli demonẽ ſibi apparentẽ vocãt ꝑncipẽ vl dñm exhibẽdo ſibi reuerẽtiã: ſȝ apud hebreos nõ eſt dubiũ: qꝛ vbi trãſlatio nr̃a hic habet dñs. In hebreo habeẗ: Nomẽ dñi tetragrãmatõ: qḋ nõ põt intelligi niſi de deo vero. Sȝ ħ videẗ ꝯtradicere p̃dictis. ſ. ꝙ balaã q̃rebat reuelatiões a demone. Ad qḋ dicẽdũ: ꝙ mos eſt magoꝝ maxime cupidoꝝ: q̃lis erat iſte balaã: fingere corã hoĩbus ꝙ reuelatiões ſibi fiant a deo vero: vt ſic eis magꝭ credaẗ ⁊ reportẽt maiꝰ lucrũ. g ¶ Uenit deꝰ. i. angelus bonꝰ loquẽs in ꝑſona dei: ⁊ iõ aliq̃ñ deꝰ: aliq̃ñ angelus nominaẗ: venit aũt iſte angelus bonus nõ vocatus a balaã: ſȝ vt ꝟtute diuĩa demonẽ arceret a dãdo reſpõſum ipſi balaã: ⁊ ad imponẽdũ legẽ ⁊ frenũ ipſi balaã ne faceret aliq̃d vel diceret cõtra iſrl. h ¶ Quid ſibi vo. ho. ⁊c. Nõ q̃rit ex ignorãtia: ſed vt ex rñſione balaam cõuenientius ꝓhibeat eũ: vñ ſb diẗ: i ¶ Rñdit: Balach ⁊c. q.d. ꝓpter dignitatẽ regiã deberẽ ire ad eũ. q̃rebat enĩ licẽtiã eundi motus cupiditate lucri. k ¶ Noli ire cũ eis. ad maledicẽdũ illi pplo. l ¶ Neqȝ maledi. etiã ḋ loco iſto. m ¶ Quia bñdic. eſt. a deo a q̃ recepit bñdictionẽ ĩ prĩbꝰ: vt pȝ Gen. xij ✻ ⁊ in pluribus

Diuinationes in manibus

Magi mos

A B ꝓferre facit bñdictiones et ꝓphetias/que edificāt etiā reliq̄s gentes. Si enī ꝓphetie eius a moyſe ſcripte ſunt: quāto ma/ gis ab his q̄ cū eo habitabāt in meſopotamia/ apud quos tan ꝙ̄ diſcipulos huiꝰ artis magnificus habebaẗ. Ex illo ferẗ ma gorū genus ⁊ inſtitutio in partibꝰ oriētis vigere. Qui ſcripta habētes oīa que balaā ꝓphetauerat: hoc inter cetera habebāt. Quia orieẗ ſtella ex iacob/ ⁊ exurget homo ex iſrl: Mat.2.a
īfra.xxiiij.c. Ideo magi nato dñino agnouerūt ſtellam/ ⁊ intellexerunt im/ pleri ꝓphetiaʒ magis ꝙ̄ iudei: qui ſan ctorum ꝓphetarū vaticinia contēpſe/ runt. Illi ergo agnoſcētes adeſſe tem pus/ venerunt et adorauerunt. Et ad magne fidei argumentum paruū pue/ rum quaſi magnū regē venerati ſunt.
a ¶ Sic dicit balach ⁊c̄. Balach ex
Allego. cluſio vel deuoratio. In q̄ ſignificatur mūdi huius aliqua contraria poteſtas que excludere et deuorare cupit iſrae/ lē ſpiritualē: nec vtiẗ miniſtris/ niſi põ tificibus ⁊ ſcribis et phariſeis. Ipſos inuitat: mercedē promittit: illi ꝟo ſicut balaam cuncta ſimulant ſe ad dñm re/ ferre ⁊ çelo dei agere. Dicunt enī ſcru
Joh.7.g tare ſcripturas: ⁊ vide quia ꝓpheta a galilea nõ ſurgit: Et nos legē habemꝰ et ꝭm legē debet mori quia filiū dei ſe fecit: Johā.xix.b. b ¶ Si dederit
Augꝰ Iſalit mihi ⁊c̄. Augꝰ. Cur ait balaā iterum ad ſe miſſis honoratioribꝰ nūcijs: Si dederit mihi balach plenā domū ſuaʒ auro ⁊ argento nõ potero preuaricare verbū ⁊c̄. Nullū habet omnino pctm̄: ſed quod ſequiẗ graue eſt peccatū. Iā enī conſtans eſſe debuit/ cū dñs dixiſſet: Nõ ibis cum eis ⁊c̄. Nec eis ſpem dare ꝙ poſſet dñs tāꝗ̄ balaā muneribꝰ ⁊ hono ribꝰ flexus ꝯtra pplm̄ quē bñdictū dixerat ſuā mutare ſnīam. Sed ſe victū cupiditate monſtrauit: vbi ſibi loqui dominū de hac re iterū voluit: de qua eius iā nouerat voluntatē. Quid enī opus erat adiungere. Et nunc ſuſtinete ibi nocte hac ⁊c̄.
B Dñs autē videns cupiditatē deuictaʒ muneribus ꝑmiſit ire: vt iumento quo vehebaẗ eius auariciā coerceret. hoc ipo eiuſ confundens dementiā ꝙ ꝓhibitionem dñi per angeluʒ factā: aſina tranſgredi non auderet quam ille cupiditate tranſgredi conareẗ/ ꝗ̄uis cupiditate timorē ſupprimerent. Venit enim deus ad balaā nocte/ ⁊ ait illi. Si vocare te venerunt hoīes exurge ſequere eos ⁊c̄. Cur poſt iſtam ꝑmiſſionem dñi iteruʒ nõ conſuluit/ ſicut poſt illam ꝓhibitioneʒ: niſi quia cupiditas eius apparebat/ ꝗ̄uis timore ꝑmereẗ? Deniq̄ ſcriptura dicit ⁊ iratus eſt ammiratiōe dñs: q2 ibat ⁊ inſurrexit angelus do/ mini/ ⁊ cetera que ſequuntur donec aſina loqueretur. Nihil hic mirabilius videẗ ꝙ̄ ꝙ loquente aſina territus non eſt: ſed inſuꝑ ei (vt talibus miniſtris aſſuetus) ira ꝑſeuerante rñdit. Poſtea illi angelus loquiẗ: arguēs eiꝰ viā/ q̄ tñ viſo exterritꝰ adorauit. Deinde ire ꝑmiſſus eſt: vt ꝑ ipm ꝓphetia ꝓferreẗ. Nõ enī oīno ꝑmiſſus eſt dicere qđ volebat/ ſed qđ ſpūs coge bat. Ipe aūt reprobꝰ manſit. vñ.ij. Pe.ij.c. Secuti viā balaā filij beor q̄ mercedē iniq̄tatis dilexit. c ¶ Venit ergo deꝰ ⁊c̄. Moleſtꝰ eſt deo balaā: ⁊ ꝓpe extorquet ꝑmitti ſibi vt eat maledicere filijs iſrael/ ⁊ inuocet demones ad quem iam ve/
Litteralit nerat deꝰ. ¶ Orig. Difficile eſt in explanatione hiſtorie quo modo cum dicatur veniſſe deus ad balaā noctu primo: et in/ terrogaſſe qui eſſent homines qui veniſſent ad eū/ ⁊ reſpon/ diſſet miſſus eſſe a balach dicente: Veni ⁊ maledic mihi popu lum. Reſpondit dominus: Non ibis cū eis ⁊c̄. Secūdo dici/ tur noctu nouiſſe ⁊ dixiſſe/ vt iret cū eis ⁊c̄. Sed verbū quod daret deus in ore eius hoc loqueretur. Et tertio eunti occur/ riſſe angelus dei ⁊c̄. Cui tamē via eius importuna videtur: vt eum etiam interficere vellet niſi aſina declinaſſet: et tamen culpatus: quia ire voluerit: ab ipo ire permittitur tantum vt
Dñs vel deꝰ diuer ſis modis ſcribiẗ verbum quod deus dederit in ore eius ſolum proferat. Sed priuſꝗ̄ veniamus ad rem dicendū ꝙ in hebreorū litteris no/ men dei hoc/ deus vel dominus diuerſe dicitur ſcribi. Aliter enim ſcibitur quicunꝗ̄ deus: aliter deus de quo dicitur Deu tro.vj.a. Audi iſrael: dñs deus tuus deus vnus eſt. Iſte er/ go deus iſrael deus vnus ⁊ creator omnium certo litterarum ſigno ſcribitur/ quod apud illos tetragrāmaton dicitur: Quā do ſub

quia ꝓhibuit me deꝰ venire vo a biſcū. Reuerſi ꝑncipes dixerūt ad balach: Noluit balaam veni re nobiſcuʒ. Rurſum ille multo b plures ⁊ nobiliores ꝙ̄ ante miſe rat miſit. Qui cū veniſſent ad ba
a laaʒ/ dixerunt: Sic dicit balach filius ſephor: Ne cūcteris veni/ c re ad me paratum honorare te: ⁊ q̄cq̄d volueris dabo tibi: Veni ⁊ maledic populo iſti. Reſpondit

a ¶ vanꝰ populus: hic ſignificat ſcribas ⁊ phariſeos iudeorum.

b balaā: † Si dederit mihi balach d domū ſuā plenaʒ argenti ⁊ auri/ non potero imutare verbum dñi e dei mei/ vt vel plus vł minꝰ loq̄r. Obſecro vt hic maneatis etiam f hac nocte/ vt ſcire queā q̄d mihi
c rurſum rñdeat dñs. Venit ergo g

do ſub hoc ſigno ſcribitur nulla dubitatio eſt quin de deo ve/ ro dicatur. Quando vero communibus litteris incertum eſt: an de deo ꝟo an de quolibet alioꝝ dicatur. Aiūt ergo qui he breas litteras legunt: deum hic nõ ſub ſigno tetragrāmatici eſſe poſitū/ de quo qui pōt reḡrat. Quod aūt deus dixit quaſi interrogans qui ſunt iſti homines? queritur cur ignorare videatur? Et ite rum ꝙ ait: Non maledices populum: eſt enim benedictus: quaſi ſi dixerit: Non maledices populum meū. Nos interim dicemus: ſapientia dei oīa ita eſſe diſpoſita: vt nihil ocioſum ſit apud deū vel bonum vel malū. Maliciam nõ fecit deus: tamē cū ab alijs inuentā prohibere poſſit non ꝓhibet: ſed cum ipis vtitur ea ad neceſſarias cauſas: ꝑ ipos enim in quibus eſt ꝓbat eos qui ad virtutum gloriam tēdunt. Si enim perimeretur malicia/ nõ eſſet qui con/ trairet virtutibus: virtus autē ſi con/ trariū non haberet/ nõ clareſceret: nec examinatio fieret: non probata ꝟo nec examinata nec virtus eſſet. Tolle ma/ liciam fratrū ioſeph/ ⁊ inuidiam: ſimul perimes diſpenſationem dei: ⁊ que in egypto pro ſalute omniū gentiū geſta ſunt. Si ioſeph non diſtrahitur: ſom/ niū pharaonis non exponetur/ que in/ telliget que deus reuelauit ei. Nemo frumenta in egypto congregabit: peri bit egyptus ⁊ finitime regiões: et ipe iſrael ⁊ ſemen eius querēs panē. Egy ptū enim nõ ingredietur/ nec egredie/ tur in mirabilibꝰ dei. Nõ fient plage in egyptios/ neq̄ virtutes quas fecit deus per moyſen ⁊ aaron. Nemo mare rubrū ſicco pede trā/ ſibit. Non dabiẗ manna/ nec aqua de petra/ nec lex in monte ſinai: que in exodo/ leuitico/ numeris/ deuteronomio referun/ tur/ ad humani generis ſcientiā nõ venient: terram promiſſio nis nullus intrabit. Tolle regis balach maliciā qua maledici deſiderat iſraelē/ ⁊ aſtutiam qua inuitat balaā ad deuotandū pplm: ⁊ auferes diſpenſationem dei ⁊ ꝓuidentie eius fauo rē nuſꝗ̄ erunt ꝓphetie balaā. Aufer maliciam iude ⁊ ꝓditio nem: auferes pariter ⁊ crucem chriſti et paſſionē/ nec exuūtur principatus ⁊ poteſtates/ nec triūphantur in ligno crucis. Si non fuiſſet mors chriſti nec reſurrectio eius: nec aliquis ꝑmo/ genitus ex mortuis/ nec ſpes nobis fuiſſet reſurrectiōis. Po namus diabolū nõ peccaſſe vel poſt pctm̄ malicie volūtatē ꝑ/ didiſſe: auferreẗ a nobis certamen aduerſus aſtutias diaboli: nec erit corona iuſticie ⁊ victorie legitime certanti. Si deſint obſiſtētes: nõ erunt agones nec victoribus munera ponenẗ. Nõ ſolū ergo bonis vtitur deus ad opus bonū/ ſed etiā ma/ lis. Sunt vaſa ad honores: ſunt ad contumeliā/ vtraq̄ tñ ne ceſſaria. Sunt aūt rationabilia ⁊ liberi arbitrij neq̄ caſu neq̄ fortuitu vnuſquiſq̄ vas honoris efficitur. Qui vero peſſime

Margin: C — Permittit deꝰ maliciā fieri — Geñ.37.d — †j.24.c — Geñ.41.b — D — Deꝰ nõ ſolū bonis ſʒ etiaʒ malis vtiẗ ad bo/ num — 2.Ti.2.c

: B viuit fiet

## Nico. de lyra

⁂ ⁊ in pluribus alijs locis. a ¶ Prohibuit me deꝰ ⁊c̄. Dicit Ra. Sa. ꝙ balaā cupidus ⁊ ſuꝑbus dixit: Vobiſcū. fin gens corā eis vt nõ eſſet ꝓhibitꝰ rõne vie ſed rõne ſocietatis: quia nõ erat nūcij ſufficiēter honorabiles ad deducendū eū. ꝓpter quod balach miſit ad eū ſcđo plures ⁊ honorabiliores nūcios vt poſtea ſubdiẗ: b ¶ Rurſum. Hic deſcribiẗ ſcđa vocatio que eſt cum effectu. Et primo deſcribiẗ eius vocatio. Diuiſio
ſcđo repħēſio/ ibi: Et iratus eſt deus. tertio receptio/ ibi: Cum cū audiſſet balach. Circa primū diciẗ: c ¶ Nec cūcteris ve nire ad me. Paratū habeo honorare te/ ⁊ quicq̄d volueris dabo tibi. Sciebat enī balach ipm eſſe ſuperbū ⁊ cupidū: ⁊ iđ ꝓmittit ſibi honores ⁊ diuitias vt alliciat eum ad veniendū. d ¶ Si dederit mihi balach domū ſuā ⁊c̄. Per hoc in/ telligiẗ ꝙ erat cupidus taliū. e ¶ Nõ potero im. v. dñi. Fuit enī coactꝰ ꝓteſtari ꝟtutē dei vt nihil poſſet agere vel dice re niſi qđ placeret ſibi. f ¶ Obſecro vt hic ⁊c̄. Cum uis enī iam prius fuiſſet ꝓhibitus ire: tamē cupiditate ductus adhuc querebat quomodo poſſet ire: vt ſi forte demon ei priuatus ꝑ mitteretur ſibi dare reſponſum de cõtrario. g ¶ Venit er go deus ad balaā nocte ⁊ ait ei. Exponatur ſicut prius.

 ⁂ Si vocare

a deus ad balaā nocte: et ait: Si a
a ¶ cedit deus cupiditati: dimittit eum in desiderium cordis sui.
